



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


**Cæremoniale FF. Minorum Strictioris Observantiæ Almæ
Provinciæ Saxonæ S. Crucis**

Sächsische Franziskanerprovinz vom Heiligen Kreuz


Nevhsii, 1706


VD18 10502327


[urn:nbn:de:hbz:466:1-71672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71672)



Th. 6235







CÆREMONIALE
FF. MINORUM STRICTIORIS
OBSERVANTIÆ

ALMÆ PROVINCIÆ
SAXONIÆ S. CRUCIS,

Ex

RUBRICIS MISSALIS ROMANI,
DECLARATIONIBUS, SACRORUM RITUUM
CONGREGATIONIS,

PROVINCIÆ CONSUECUDINE,

AC

PROBATIS AUCTORIBUS
COLLECTUM,

ET IN SEX PARTES PRINCIPALES
DIVISUM.

Collegii Societatis Jesu. Manet in Museo P. Ratorij. 1707



Cum Facultate & Licentia Superiorum.

NEUHUSII:

Typis JOANNIS THEODORI TODT, Typographi Aulici Reverendissimi ac Celsis-
simi Episcopi & Principis Paderbornensis.

Anno 1706.

CEREMONIALE
ET MINORUM STRICIORIS
OBSERVANTIAE
ALIAE PROVINCIARUM
SAXONIAE S. CRUCIS

6
RUBRICIS MISSALIS ROMANAE
DEGRATIONIBUS SACRORUM RITuum
CONGRUATIONIS
PROVINCIAE CONSTITUTIONE

PROBATAE AUCTORIBUS
COLLECTIM
ET IN SEX PARTES PRINCIPALES
DIVISIM

LEONHARDUS
Typographus
1708



CENSURA ORDINARIÆ.



Æremoniale hoc pro alma Saxonie Provincia
Seraphici Ordinis S. Francisci strictioris Ob-
servantia compositum, et à Venerabili eiusdem
Capitulo examinatum atque approbatum, prelo pro luce pu-
blica committi potest. Signatum in Arce Neuhausana 26.
Jan. 1706.

Jodocus Frihoff in Spirit. Vic. Gen.
Pad. & Librorum Censor. mpp.

)x

MAN.

MANDATUM

Capituli Provincialis Anno 1705 die 28. Jun. in Conventu Monasteriensi legitime celebrati.

Htsi ut loquitur Pius V.
Bulla Missali præfixa :
Unicum in Ecclesia Dei psallendi modum unum Missæ celebrandum esse maxime deceat. Ideoque Missale summo adhibito studio per eruditissimos viros autoritate Pontificia revisum & emendatum sit, nihilominus successu temporis Scriptoribus eorumque opinionibus multipli-

Mandatum Capituli Provincialis.

tiplicatis difformitas oriri possit ; Hinc ad stabiliendam in alma Provincia nostra Saxoniae S. Crucis uniformitatem, Capitulum Provinciale praesens Caeremoniale ab eodem Capitulo examinatum & approbatum imprimi, & ab universis Provinciae nostrae Patribus ac Fratibus tam diu uniformiter observari mandat,

)3(

donec

Mandatum Capituli Provincialis.

donec sacra rituum Congre-
gatio emergentia circa Rubri-
cas dubia plenius declaraverit.
In quorū fidem præsentēs sub
impresso Provinciae Sigillo
subscripsimus. Anno quo
suprà die 2. Julij.

*Fr. Henricus Tempel, S. Theol. Lector Iubilatus totius Ordi-
nis S. P. Francisci Definitor, & Commissarius Generalis,
Nationis Germano Belgicae & Provinciae Minister.*

F. Erasmus Appelfelt S. Theologiae Lect. Iub. ex Provinciali.

Fr. Ludovicus Engelen Provinciae Pater & Custos.

*Fr. Ferdinandus Rhode, S. Theol. Lector Iub. & Provinciae
Definitor.*

*Fr. Ivo Isinck, S. Theolog. Lector Iubilatus & Provinciae De-
finitor.*

Fr. Theodorus Ahagen, Provinciae Definitor.

Fr. Franciscus zum Poll, Provinciae Definitor.

(L.S.) *Fr. Bernardus Otto, S. Theologiae Lector Iubilatus Discretorij
Praeses. mpp.*

CÆRE-

CÆREMONIALIS Fratrum Minorum strictioris

Observantiæ Provinciæ Saxoniae
sanctæ Crucis

PARS PRIMA,

De Rubricis generalibus Missalis.

P R O E M I U M.

Missa quotidie dicitur secundum ordinem Officii, de festo duplici vel semiduplici, vel simplici, de Dominica, vel Feria, vel Vigilia. Rubrica hæc in quantum spectat ad Missam Conventualem, præceptiva est, & non tantum directiva BOSCO de Sacrificio Missæ Sect. 5. Conc. 34. n. 665. aliique communiter. Unde strictè observanda, quod etiam præcipiunt statuta nostra generalia Cap. 2. §. 3. & §. 8. Missa major cum Officio conveniat, sitq; de Feria, Dominica, vel festo occurrente, nec ullam cujuscunque specialem devotionem præter mittatur, nisi in casibus in quibus ordinarium Missalis id permittit. In quibus autem casibus Missa votiva vel pro defunctis permittatur vide infra Titulo 4. & 5.

TITULUS I.

De duplici.

In duplicibus dicitur una tantum oratio, nisi aliqua Commemoratio fieri debeat. Id est, nisi juxta rubricas facienda commemoratio de die
A infra

infra Octavam, simplici, Feria, aut Vigilia. Privata autem auctoritate vel devotione Commemorationem addere, illicitum est. Vide nostrum SPÖRER *part. 2. cap. 6. sect. 4. §. Addere.*

TITULUS II.

De Semiduplici et Simplici. Hic clarus est.

TITULUS III.

De Feria et Vigilia.

N. 2. **I**N Vigiliis autem & Feriis quatuor temporum, vel feria 2da Rogationum qua veniunt infra Octavam, Missa (intellige Conventualis) dicitur de Vigilia vel Feriis supradictis cum Commemoratione octavae, in his casibus discordat Missa ab Officio, quia his Missis propriis convenit, ut cedat ea Missa quæ infra octavam sæpius repetitur, præterquam infra Octavam Corporis Christi. Unde infra hanc, non de Vigilia S. Joannis, sed de Octava celebranda erit Missa. Ibi. In Missis autem privatis, dicitur Missa de Octava cum Commemoratione Vigiliæ aut feriarum prædictarum. Ibi. Si autem in die Vigiliæ vel prædictis Feriis fiat Officium de aliquo festo, tunc dicitur etiam Missa Conventualis, de festo cum Commemoratione Octavae, Vigiliæ, vel feriarum prædictarum.

N. 4. Missa Vigiliæ in Adventu occurrentis, dicitur cum Commemoratione ferie Adventus, licet de ea (Vigilia) non sit factum Officium. Ratio est eadem, quam supradiximus de Vigilia infra Octavam.

N. 5. Si in Quadragesima & quatuor temporibus occurrat Vigilia, dicitur Missa de feria cum Commemoratione Vigiliæ.



TITU-

TITULUS IV.

De Missis votivis.

N. 2. **I**N Adventu licet Officium non fiat de S. Maria in Sabbato (vel de Immaculata Conceptione) dicitur tamen Missa principalis de B. Virgine, quæ habetur in fine Missalis, ab Adventu usque ad Nativitatem Domini, & non de immaculata Conceptione, cum commemoratione de Adventu. Ibid. Nisi fuerint Quatuor tempora vel Vigilia, tunc enim de iis Missa dicitur ut habetur hoc titulo n. 1.

N. 3. Aliis diebus infra hebdomadam, quando Officium fit de feria, & non est resumenda Missa Dominica precedentis, quæ fuerit impedita, exceptis feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor temporum, Rogationum & Vigiliarum, dici potest aliqua ex Missis votivis etiam in principali Missa. Ex hac rubrica vides, quod tantum diebus ferialibus, nec tamen omnibus, quoniam hic plures excipiuntur, Missa Conventualis possit esse votiva: non ad beneplacitum Sacerdotis, de hoc vel illo Sancto, sed ut in rubrica sequitur, secundum ordinem dierum in fine Missalis assignatum: Feria 2da scilicet, nisi sit pro defunctis de sanctissima Trinitate: Feria 3tia de Angelis: Feria 4ta de Apostolis, &c. vide ibidem.

Poterit nihilominus pro re gravi, vel publica Ecclesiæ causa cantari Missa votiva etiam in Dominicis & Festis: Dominicis privilegiatis, & festis primæ & secundæ classis exceptis. Res autem gravis est, pro qua convenit aut convenire solet cum Episcopo totus Clerus tam Regularis, quam Sæcularis, aut ut addit GAVANTUS, apud Regulares in eorum comitiis generalibus & Provincialibus. Publica causa dicitur ob quam oratio fit solemnis 40 horarum per gyrum. Ex his liquet non facile cantandas esse Missas votivas: si ob publicam Ecclesiæ causam: relinquendum est ordinationi Episcopi, cum penes nos non sit potestas indicendi preces 40 horarum per gyrum: poteritque tunc, ut etiam Romæ practicatur, Missa Conventualis esse de Venerabili Sacramento, quæ habetur circa finem Missalis, si Turnus acci-

dat in festo imæ vel 2dæ classis sive in Dominica privilegiata imæ vel 2dæ classis, Missa cantanda est de Festo vel Dominica.

Si cantanda Missa votiva ob rem gravem: ad præcavendos abusus, ne facile quælibet res reputetur gravis, prudenter facient Superiores locales ut vel R. A. Patris Ministri Provincialis, aut saltem iudicium Patrum Discretorum desuper explorent.

Declarat tamen præsens Capitulum Provinciale: renovationem vel conclusionem studiorum nostrorum, investitionem, professionem, jubilæa Fratrum & similia, non esse rem gravem aut publicam Ecclesiæ causam, adeoque Missa debebit esse cum Officio concordans, absque ulla Commemoratione de Spiritu sancto, sanctissima Trinitate, aut Sancto aliquo, nisi ratione Officii 3tia oratio sit ad libitum. Hi tamen actus quo ad pompam extrinsecam: cantando Kyrie & in tono solemniori, multiplicando luminaria, concludendo per Hymnum VENI CREATOR, vel TE DEUM, &c. solemnius celebrari poterunt.

Item n. 3. *Quæ tamen Missæ, & omnes aliæ votivæ, in Missis privatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotis, quocunque die Officiam non est duplex, aut Dominica.* Circa hanc rubricam docet noster SPORER: *part. 2. cap. 6. sect. 4. §. 3. mutare Missam designatam, ut pote de die Dominico, Festo duplici aut aliis diebus, quibus prohibetur fieri de Festo duplici vel semiduplici, ut infra octavas Epiphaniæ, Paschæ, & Pentecostes, fer. 4. Cinerum, & in Vigilia Nativitatis & Pentecostes, sine gravi causâ legere aliam Missam de Sancto aliquo Votivam vel de Requiem; omnium consensu peccatum est.*

Missa votiva de Sancto sumitur de eisdem festo, si habeat propriam, alioquin de communi. Si exigatur de Assumptione aut alio festo B. Virginis, dicatur Missa ut in votivis pro tempore, cum intentione cultus illius festivitatis seu mysterii.

TITULUS V.

De Missis Defunctorum.

N. 2. **F**eria 2da cujuscunque hebdomada, in qua Officium fit de feria, Missa principalis dici potest pro defunctis: si autem fuerit propria Missa de feria, vel de festo simplici, vel resumenda sit Missa Dominicae precedentis in Missa de die fiat Commemoratio pro defunctis generaliter. Ex hac rubrica & ea quæ habetur hoc Titulo n. 1. patet, quod multiplicatis nunc in Calendario Festis eorumque Octavis, rarissimè apud nos esse possit Missa Conventualis pro defunctis. imo hoc toto Anno 1704 quo hæc scribuntur, nulla nec ratione mensis, nec ratione hebdomadae potuit esse Missa Conventualis pro defunctis. Ex ordinatione tamen Capituli Provincialis singulis feriis 2 dis Sacrum Conventuale defunctis applicabitur: etsi de festo vel feria juxta præscriptum rubricarum (nisi S. rituum Congregatio aliud concesserit) celebrandum sit.

Et bene Nota ex hac rubrica, quod in nullis Festis duplicibus aut semiduplicibus, in Missa Conventuali fieri possit Commemoratio pro defunctis, diebus autem hic specificatis, quibus Commemoratio pro defunctis facienda est, debet esse *pro defunctis generaliter*. Unde in summo Sacro nunquam fieri poterit Commemoratio pro aliquo speciali defuncto.

Ibid. *Nisi in die depositionis defuncti.* Omni die cadavere præsentem potest celebrari pro defunctis. Excipe Parasceven, quo die Corpus Christi immolari non debet: & eo casu differendæ sunt Exequiæ in crastinum, in quo post vel ante Missam Sabbati sancti, poterit alia Missa celebrari pro defuncto. Et diem Paschatis, idem est de Nativitate Domini & Pentecoste: juxta Rituale Romanum Pauli V. quibus diebus ob reverentiam festorum, Exequiæ transferuntur in diem sequentem.

Ibid. *Et in Anniversario pro defunctis.* Ut testatorum voluntates
ad im-

adimpleantur. Non autem ad arbitrium vivorum ; quôd bene nota, sed pro implenda lege defunctorum, si contingat Anniversariâ diē in Dominica vel Festo fori celebrari, debet mutari quantum fieri potest in præcedentem diem, ut citius defunctis consulatur, non facile in sequentem.

In quinque Officiis, quæ ordo solemniter pro defunctis celebrat, potest Missa Conventualis esse de Requiem in semiduplicibus & duplicibus ad libitum, juxta speciales ordinis rubricas. Idem est si in Provinciis Missa Conventualis cantatur pro Fratibus in aliis Conventibus defunctis, vide speciales Rubricas tit. 3. n. 46. & 47.

Ibid. *Missa autem privata pro defunctis, quocunque die dici possunt, præterquam in Festis duplicibus & Dominicis diebus.* Vide SPÖRER prior tit. ad n. 3tium citatum & specialiter nota quod infra Octavam Corporis Christi non liceat legere de *Requiem*.

Si verò Missa votiva vel de Requiem petatur illis diebus, quibus prohibetur ; compensari potest cum Missa diei occurrentis. S. rituum Congregatio 5 Augusti 1662. nec verba petentis Missam votivam aut de Requiem ita amarè intelligenda, ut eo modo rigorosè celebrare teneatur Sacerdos, sed conformi modo ad Rubricas & lex Ecclesiæ prævalere debet super Laicorum legem privatam & irrationabilem. Unde etiam concessit CLEMENS IX. quod si in Altari privilegiato in Duplicibus dicatur Missa diei occurrentis, Indulgentiæ concessæ animabus fidelium defunctorum in Purgatorio existentibus suffragentur, perinde ac si celebratæ fuissent Missæ defunctorum, verum tamen est, quod Sacerdos, dum rationabilis causa non excusat, illis diebus, quibus Rubricæ permittunt, dicere debet Missam de Requiem pro defunctis, quibus obligatur. Etsi in festo duplici Missa applicari possit defunctis, non debet tamen pro iis fieri Commemoratio.



TITULUS VI.

De Translatione Festorum.

IN Ecclesiis autem ubi titulus est Ecclesie, vel concursus populi ad celebrandum Festum, quod transferri debet, possunt cantari duæ Missæ, una de die, alia de Festo. Dum igitur contingit transferri v. g. festum S. Antonii, Immaculatae Conceptionis, &c. omnino duæ Missæ cantandæ sunt, aut tantum una de die: non autem licet cantare de Festo, illâ, quæ est de die omisâ vel solùm lectâ: quia Missa sine cantu est privata, non Conventualis, GAVANT. ad tit. 15. part. 1. neque Missa de Festo censi potest Conventualis, quia ab Officio discordat. Estque casus privilegiatus, quod ob devotionem populi possit, non quod cantari debeat de Festo. Excepta Dominica imâ Adventûs, Feriâ 4tâ Cinerum, Dominicâ imâ Quadragesimæ, Dominicâ Palmarum cum totâ hebdomadâ majori. Dominicâ Resurrectionis, & Dominicâ Pentecostes cum duobus diebus sequentibus, die Nativitatis Domini, Epiphaniâ, Ascensionis & festo Corporis Christi. Quibus diebus Missa de Festo intermittenda est.

TITULUS VII.

De Commemorationibus.

N. 1. **D**E Festo simplici fit Commemoratio in Missâ, quando de eo in Officio facta est Commemoratio in imis Vesperis, quando de eo tantum fit Commemoratio ad Laudes, in Missa solemni non fit Commemoratio de eo, sed in Missis tantum privatis. Excipitur Dominica Palmarum & Vigilia Pentecostes, in quibus nulla fit Commemoratio etiam in Missis privatis de Festo simplici occurrente, licet sit facta in Officio.

N. 3. Quando infra hebdomadam dicuntur Missæ votivæ. Intellige de privatis, & de Conventualibus non solemnibus quæ dicuntur in feriis.

Post

Post primam orationem semper dicitur oratio ejus de quo fit Officium.

N. 5. *Orationes quæ 2do vel 3tio loco assignantur dici debent ante Orationes votivas.* Unde si 2do loco assignata sit oratio v. g. *A cunctis*, & 3tia ad libitum sit: oratio *A cunctis* retinebit 2dum locum, etsi pro 3tia ad libitum legas de Spiritu sancto vel Venerabili, &c.

N. 6. *Si facienda Commemoratio pro defunctis, semper ponitur penultimo loco.* Quando autem pro defunctis Commemoratio fieri potest, dictum est supra tit. 5to.

Si Festum novem Lectionum in Vigiliâ intra Adventum occurrat, 2da Oratio erit de feriâ Adventûs: 3tia de Vigiliâ.

Si Missa dicitur de Sancto, qui titulus est altaris, nec tamen Officium de eo recitatur, sed tantum Missa ad altare illius in die festo ejus, tunc Oratio 2da erit de Officio, 3tia, quæ 2do loco in Officio dicenda erat, eo quod non debeat omitti Oratio, quæ congruit Officio.

In Missis votivis de S. Petro, 2da Oratio erit de S. Paulo & in votivis de S. Paulo, 2da de S. Petro: melius tamen est earum vice dicere Missam votivam communem de eisdem Apostolis. Si eo tempore 2do loco legenda præscribatur oratio *A cunctis*, tunc loco hujus substituenda oratio *Concede*: quæ est 1ma inter Orationes ad libitum.

Si orationes plures coincidunt planè eadem, commutatio fieri debet recurrendo ad alias orationes de communi.

Si vero in Communi non invenias ut dum plures Collectæ legendæ de Virgine tantum, tunc 2da Collecta sumi poterit ex *Missa me expectaverunt, Indulgentiam nobis.* omittis verbis *Et Martyr.* Si tres legendæ, 3tia haberi poterit ex festo S. Priscæ 18. Jan. omittis omittendis. Item si tres Collectæ legendæ de Confessore non Pontifice, 3tia sumatur ex communi Abbatum omisso nomine Abbatis.



TITULUS VIII.

De Introitu, Kyrie eleison, et Gloria in Excelsis.

N. 3. **G**loria in Excelsis dicitur, quoadocumque in Matutinis dictus est Hymnus Te Deum : exceptis Missis Vigiliarum, quæ incidunt infra Octavam, in his enim non est Gloria, licet in Officio fuerit Te Deum : quem ritum ostendit Missale in Vigilia Ss. Petri & Pauli, ac Assumptionis B. Mariæ Virginis.

N. 4. In Missis votivis privatis seu non solemnibus etiam tempore Paschali vel infra Octavas non dicitur Gloria : nec in Missis votivis de B. Virgine, nisi dicantur in Sabbato, Sabbatum enim habet solemnitatem aliquam in honorem B. Virginis & Angelorum. Semper autem dicitur in votiva solemnibus pro re gravi, aut publica Ecclesiæ causa : dummodo non celebretur in Paramentis violaceis. Item in missa de sancto, qui titulus est Altaris, in die festo ejus, dicitur Gloria : etsi de eo non sit factum Officium.

Si legas in alia Ecclesia Parochiali aut Regulari, potes legere de festo illius loci, imò juxta GAV. Parte 3. tit. 10. n. 26. debes, etsi missa discordet cum Officio, adeoque tum legi poterit Gloria & Credo juxta ritum illius Ecclesiæ, etsi ratione tui Officii omittenda forent. Quæ tamen intelligenda sunt de missa pro omnibus approbata. Unde apud nos legens in Festis Ordinis, non debet missam sumere ex Proprio Ordinis, sed ex Missali Romano si habeatur de illo festo. Vel de Communi, addendo Gloria & Credo : idem vice versa, si nos legamus apud alios, de obligatione quidquid sit : id tamen omnino suadetur, ut, si v. g. in Dominicis legas apud alios, & ratione Officii tui adhibenda forent Paramenta alba vel rubra : aut e contra, tu habes Officium de Dominica, alibi agitur de Dedicatione, Patrocinio vel alio festo, ut te omnino accomodes loco. Saltem in festis solemnioribus.

B

TITU-

TITULUS IX.

De Orationibus.

PLures tribus orationibus non dicuntur in Semiduplicibus, nisi ratione Officii ob dies infra Octavas, Férias vel Simplicia plures dicendæ forent: quæ vero orationes dicendæ, & quo ordine: vide hoc titulo pro toto Anno determinatum.

Si in Festis Semiduplicibus fiat Commemoratio de aliquo Simplici vel de die infra Octavam, tunc oratio, quæ alioquin legenda erat 2do, legitur 3tio loco, & quæ 3tio loco legenda erat, omittitur. Si duæ fiant Commemorationes v. g. de Feria & Simplici: tunc orationes, quæ hoc titulo pro 2do & 3tio loco assignantur, planè omittuntur: ut in Proprio de festis in Adventu & Quadragesima occurrentibus sufficienter notatur.

N. 10. *In Dominicis infra Octavas occurrentibus dicuntur duæ orationes, una de Dominica, 2da de Octava: nisi addendæ aliæ ratione Officii. Quædam etiam sunt aliæ Dominicæ, in quibus duæ tantum orationes leguntur, & in Proprio notatur.*

N. 14. *In Missis votivis quando solemniter dicuntur, pro re gravi vel publica Ecclesiæ causa, dicitur una tantum oratio. Ita ut nequidem fiat Commemoratio ejus, de quo Officium est. In Missa pro gratiarum actione additur alia oratio ut in Proprio notatur. Ubi adverte, Additis sequentibus orationibus sub una conclusione. Sunt igitur binæ istæ orationes in Missa solemnî, non autem in Missa votiva privata, ut ait GAVANT. legendæ per modum unius orationis. In aliis autem dicuntur plures. Intellige, de votivis privatis, ut in Festis simplicibus. In quibus, ut habetur hoc titulo n. 12. tres, quinque vel septem legi possunt, non quatuor aut sex, nisi ob Commemorationes de præcepto. Inter orationes votivas debitus servandus est ordo dignitatis.*

Si auctoritate Episcopi aut legitimi Superioris oratio aliqua addenda præ-

da præscribitur, v. g. tempore belli, pestis, &c. tunc illa juxta GAV. loco 3^{tiæ} ad libitum, si talis illo tempore legitur, ponenda, vel 4^{to} loco addenda per modum Commemorationis. Sacra tamen rituum Congregatio in festis imæ classis prædictam orationem, etiam in Missis privatis, omitti decernit.

TITULUS X.

*De Epistola, Graduali, Alleluia, Tractu
ac Evangelio.*

Totus Titulus clarus est, solum nota, quod habetur n. 6. in fine Evangelii à Ministro respondetur: *Laus tibi Christe, quod etiam dicitur in fine illius partis Passionis, quæ legitur in tono Evangelii, præterquam in Parasceve.*

TITULUS XI.

De Symbolo.

In festis principalibus Ordinum, & per eorum Octavas dicitur Credo. Propter hanc rubricam in festo S. Dominici, quod modo numeratur inter festa principalia Ordinis, & per illius Octavam, adeoque in festo S. Laurentii, dicendum est Credo.

Ibid. In Ecclesiis tantum illius Ordinis: ex hac rubrica non obscure confirmatur sententia GAVANTI, quod in aliis Ecclesiis suis obligatus re conformare loco: ut supra titulo 8^{vo} dictum: unde si quis in festo S. Laurentii, Bernardini, Petri de Alcantara, aliisque secundum ordinem Missalis Romani non habentibus Symbolum, in aliis Ecclesiis celebraret, omittendum erit.

In Vigiliis de quibus infra Octavas habentes Symbolum dicenda est

Missæ major, juxta Titulum 3tium, non legitur Symbolum, ut infert GAVANTUS ex Rubrica de Missæ Litaniarum majorum in festo S. Martini. In Vigilia Nativitatis Domini, Epiphaniæ & Octava Innocentium, si venerint in Dominica, ratione Dominicæ vacantis dicendum est *Credo*. Denique Symbolum dicitur. *In Missis votivis, quæ solemniter pro re gravi, vel publica Ecclesiæ causa celebrantur*: qualem non facit solus populi concursus, sed gravis causa. *Etiamsi dicantur in Paramentis violaceis in Dominica*. Votiva in Paramentis violaceis extra Dominicam Symbolum non habet.

TITULUS XII.

De Offertorio, Secretis, Præfationibus et Canone.

IN festo Ss. 40 Martyrum occurrente in feria 5ta post Cineres: & festo S. Martini Episcopi occurrente in Dominica 22. post Pentecosten: eadem est Secreta Dominicæ cum Secreta Festi: commutanda sunt itaque Secreta Festorum cum aliis ex communi Sanctorum.

N. 2. Præfationes autem dicuntur ut in ordine Missæ annotatum est, & quæ in Quadragesima tempore Passionis & Paschali Propriæ assignantur, dicuntur etiam in Dominicis & Festis etiam majoribus & imæ classis, v. g. Dedicationis vel Patroni: quæ illis temporibus celebrantur, nisi illa festa propriam Præfationem habeant, excipe festum S. Joannis Evangelistæ, cui datur Præfatio de Nativitate, ut notatur in Proprio: ex quo infert GAVANT. votivas Missas infra Octavam Nativitatis Domini non habere aliam Præfationem quam de Nativitate.

N. 4. In Missis votivis dicitur etiam Præfatio propria, excipe votivas infra Nativitatem Domini, ut mox dictum, si propriam habeant. Demptis verbis, quæ non congruunt votivæ: ut in Præfatione solenni de Spiritu sancto omittenda sunt verba, *Hodierna die*. Si vero
pro-

propriam non habuerint, dicitur Præfatio de tempore vel Octava infra quam contigerit huiusmodi Missas celebrari alioquin Præfatio communis.

Si infra Octavam quæ habet Præfationem propriam dicenda est Missa de feria 4 temporum aut Vigilia, non alia dicitur Præfatio quam communis; excipe Vigiliis Paschæ, Ascensionis & Pentecostes, & Missas Lytaniarum quæ Præfationem habent vel Paschalem vel Pentecostalem.

Ibi. In Missis defunctorum quocumque tempore semper dicitur Præfatio communis. Nota hic casus, quibus separari debeat Communicantes à sua Præfatione. Nam infra Octavam Ascensionis, si occurrat festum Ss. Philippi & Jacobi Præfatio erit de Apostolis, Communicantes de Ascensione, licet in Missa de Ascensione nulla fiat Commemoratio. Idemque accidere potest in Inventione S. Crucis, & in Missis votivis: unde si infra Octavam Ascensionis cantaretur votiva v. g. de Spiritu sancto, Communicantes erit de Ascensione. Ratio est, quia Communicantes habet infra illam Octavam quasi rationem de tempore, sicut etiam haberet Præfatio de Octava, in prædictis festis vel votivis, si propriam Præfationem non haberent.

TITULUS XIII.

De Communionem et Evangelio S. Joannis.

N. 2. **I**N Vigiliis, quæ occurrunt in Quadragesima vel Quatuor temporibus non legitur Evangelium Vigilia in fine Missæ, quia nec in Officio lectum est, ideo neque in fine Missæ legitur. Ibid. Et similiter in Missis votivis nunquam legitur in fine aliud Evangelium, nisi S. Joannis. Quando in Dominica 4ta occurrit Vigilia Nativitatis Domini, Evangelium Dominicæ non legitur in fine Missæ.

*Ad Titulos XIV. et XV. nihil singulariter
notandum.*

TITULUS XVI.

*De his quæ clara voce aut secretè dicenda in
Missâ.*

N. 2. **S**acerdos maximè curare debet, ut ea, quæ clara voce dicenda sunt, distinctè & appositè proferat, non admodum festinanter, ut advertere possit quæ legit, nec nimis morosè ut Audientes radio afficiat, nèque etiam voce nimis elata, ne perturbet alios, qui fortasse in eadem Ecclesia tunc temporis celebrant, neque tam submissa ut à Circumstantibus audiri non possit, sed mediocri & gravi, quæ & devotionem moveat, & Audientibus ita sit accomodata, ut quæ leguntur intelligant. Quæ verò secretè dicenda sunt, ita pronuntiet, ut ipsemet se audiat & à Circumstantibus non audiatur. Non eget commentario, sed monitione 1. quod Canon sine gravi peccato juxta Doctores communiter non possit altè legi. 2. Non admodum festinanter, nec nimis morosè, ut circiter mediam horam expleat, nec eam notabiliter excedat. Si quis ita festinanter legeret, ut intra quadrantem horæ, saltem extra necessitatem Sacrum absolveret. Eum graves Auctores mortalis delicti reum faciunt.

N. 3. *Alia quæ in Missâ privata dicuntur clara voce, in Missâ solemnî à Celebrante dicuntur submissa voce.* Sic in Missâ solemnî submissa voce debet legere Introitum, Kyrieleison, &c. inspicere Rubricam. Idem habetur Parte 2da Rubricarum Tit. 6. n. 4. *Quam (Epistolam) etiam Celebrans interim submissa voce legit.* Quod notandum, ne Celebrans alioquin, vel alios cantantes turbet, aut saltem ingratam causet dissonantiam. Ita ergo legat, ut à Ministris proximè adstantibus, non verò ab aliis audiatur.

TITU-

TITULUS XVII.

De ordine genuflectendi, sedendi et standi in Missa
privata et solemn.

Quando genuflectitur uno vel utroque genu pro occasione, ita semper flectitur, ut genu terram vel altaris gradum si in eo flectendum, realiter tangat, & reliquum corpus maneat erectum, nisi in speciali addatur aliqua inclinatio.

N. 1. In Missa privata Sacerdos genuflectit quando in Quadragesima dicit in Tractu versum ADIUVA NOS. & omnibus Missis de Spiritu sancto dum dicit Versum VENI SANCTE SPIRITUS. In Missis privatis, item solemnibus dum Sacerdos illa privatim legit tantum ad prima verba flectit, deinde surgit, ut commodè possit reliquum ex libro legere: in solemnibus vero dum hi Versus à Choro cantantur, flectit Sacerdos usque ad finem Versuum ut habes infra n. 3.

N. 2. Circumstantes autem in Missis privatis semper genua flectunt, etiam tempore Paschali, præterquam dum legitur Evangelium.

N. 3. In Missa solemnibus Celebrans genuflectit ad omnia suprascripta quæ habentur in Rubrica hoc Titulo n. 1. præterquam ad FLECTAMUS GENUA, & tunc ipse (Sacerdos) solus stat. Reliqui omnes flectunt uno genu versus altare ibid. Item genu flectit in die Annuntiationis B. Virginis & in tribus Missis Nativitatis Domini, quando cantatur in Choro ET INCARNATUS EST. Et nota quod ad hæc & alia, ad quæ cum aliis flectendum, Sacerdos bis flectat, semel dum privatim legit ut modo dictum, deinde cum ab aliis in Choro cantantur: Ibid. Aliis diebus, si sedeat non genu flectit sed caput, tantum profundè inclinat apertum, si non sedet genuflectit.

N. 4. Ministri semper genuflectunt cum Celebrante, præterquam Subdiaconus tenens librum ad Evangelium & Acolythi tenentes candelabra, qui tunc non genuflectunt. Ab hac generali regula GAVANTUS etiã excipit:

cipit Subdiaconum dum patenam tenet : sed non apparet sufficiens causa exceptionis, unde genuflectendo se aliis conformet. Ibid. *Et dum Diaconus cantat illa verba, ad quæ genuflectendum, ipse versus librum, Celebrans & omnes alii versus altare genuflectunt.*

N. 5. *In Missis feriarum Adventus, Quadragesima, Quatuor temporum & Vigiliarum quæ jejunantur, ac in Missis defunctorum, genuflectunt omnes (in Choro) ad orationes, etiam illas quæ post Communionem dicuntur, ad se invicem conversi. Et dicto per Celebrantem SANCTUS. Quod Chorus stans cantat, absoluto autem in Choro Sanctus, in dictis feriis mox omnes genuflectunt versus altare : aliis autem diebus ad tintinationem præliminarem, usque ad PAX DOMINI. Quo ab Officiatore dicto, Chorus surgit & intonatur AGNUS DEI.*

Ibid. *Et similiter ab omnibus genuflectitur, quando elevatur Sacramentum. Ita ut Celebrante genuflectente, devotè osculentur terram, & cum Sacerdote surgente erigant se, & erecti adorent sacram hostiam, post ea cum Sacerdote flectente iterum se prosternunt osculantes terram. Idem fit in elevatione Calicis, & dum exponitur Venerabile Sacramentum, de quo suo loco. Induti super pelliceis non osculantur terram, sed profundè inclinant : facta elevatione juxta laudabilem Provinciæ consuetudinem oratur in cruce usque ad Pater Noster, & tunc ab oratione surgentes stant versus altare usque ad PAX DOMINI : exceptis jam dictis feriis, quibus genuflexi manent versus altare.*

Item quando in Nativitate Domini in Evangelio legitur, ET VERBUM CARO FACTUM EST. In Epiphania : PROCIDENTES ADORAVERUNT : in Evangelio cæci nati, PROCIDENS ADORAVIT : versus altare omnes uno genu flectunt, in Passione ad EXPIRAVIT : EMISIT SPIRITUM, versus altare utroque genu quam diu flectit Sacerdos.

Si elevaretur sacra Hostia, antequam Chorus absolverit SANCTUS, versus librum flectit, absoluto autem cantu se vertit ad altare, idem observetur ad elevationem, si sub parvis horis quis legeret Missam privatam ad altare majus & ordinariè, si flectendum ad ea, quæ in Choro cantantur, flectitur versus Chorum, excipe, ad Versum, qui
in ex-

in expositione vel repositione Venerabilis Sacramenti canitur, Cantores, Versicularii &c. Si in medio canant ad quæ flectendum ut ad Verbum VENI SANCTE SPIRITUS, ad altare flectunt.

Utroq; autem genu flectitur, quotiescunq; flectendum per moram; et quoties Sacerdos accedit, vel recedit ab altari in quo est patenter expositum Venerabile Sacramentum.

N. 6. *In Missa item solemnè Celebrans medius inter Diaconum à dextris, & Subdiaconum à sinistris sedere potest à cornu Epistola.* Congruit igitur ut ubiq; sit Presbyterium aut collocentur sedes, cum cantatur KIRIELEISON, GLORIA IN EXCELSIS, & CREDO. Etiam sedere possunt, dum cantatur EPISTOLA, GRADUALE & SEQUENTIA: ex Decreto S. ritu. Congreg. non convenit autem sedere, dum expositum est Sacramentum, nisi rationabilis accedat causa, v. g. senium aut debilitas pedum, sedendum autem tunc erit detecto capite: Venerabili non exposito, recto vel detecto ad beneplacitum Officiatoris, cui Diaconus & Subdiaconus se conformabunt.

N. 7. *In Choro non sedent, qui actu cantant, reliqui autem possunt sedere quando Celebrans sedet, præterea dum cantatur EPISTOLA & PROPHETIÆ, si dum sedent, nominatur JESUS. LAVERUNT STOLAS IN SANGUINE AGNI. IN NOMINE JESU OMNE GENU FLECTATUR, &c.* detecto capite profunde inclinant, esto mancant sedentes. GRADUALE, TRACTUS, dum alternis Choris cantantur, etiam alternatim statur & sedetur, vel ALLELUIA. Dum illud à Cantoribus intonatur statim surgit Chorus, & tempore Paschali, dum unicum est, illud proficitur, aut extra tempus Paschale, quando duplex est, absoluto à Cantoribus imo, Chorus resumit ALLELUJA 2dum. Sub Versu sedetur, ad finem ejus, Chorus iterum surgit. Et SEQUENTIÀ sub hac, idem est de *Symbolo*, Chorus stat ex antiqua consuetudine, & juxta priorem rubricam: *Non sedent, qui actu cantant*, hic autem alternatim stare & sedere ob versuum brevitatem inconueniens foret. *Et ab OFFERTORIO usque ad incensationem Chori.* Sub incensatione excepto Prælatò, stante in stallò transversò, si ita illi placuerit, omnes stent facie ad se invicem versà usque dum uterque Chorus incensatus est, de-

est, deinde simul tam in Imo quam 2do Choro se vertant ad altare, nisi forsan sit tempus cantandi SANCTUS. *Et ad Antiphonam quæ dicitur COMMUNIO*: sed quia sedere non præcipitur, ut patet ex verbis POSSUNT SEDERE, retinenda est antiqua consuetudo, juxta quam apud nos ad Communionem statur.

Ibid. *Ad alia stant vel genuflectunt*, esto enim genuflexio ab Elevatione usque ad PAX DOMINI non præcipiatur, nisi in Feriis & Vigiliis ut habes N. 5. non tamen prohibetur, sed Rubricæ liberum relinquunt: unde laudabilis consuetudo orandi in cruce retinenda est. Excipe festum Purificationis B. Mariæ Virginis, in quo candelæ accensæ in manibus tenentur: *ad elevationem Sacramenti usque ad Communionem*, adeoque in dicto festo post Elevationem standum est.

TITULUS XVIII.

De coloribus Paramentorum.

Rubrica clara est, & videatur Directorium, in quo pro singulis diebus colores norantur. Mutatio coloris fit in primis Vesperis: si autem Vesperæ non sunt integræ, is color adhibendus est initio Vesperarum, qui convenit illi, de quo est Capitulum. Si Officium & Missa discordent, color altaris sequatur Officium, vestium autem Sacerdotis sit color Missæ conformis, quæ diversitas accidit in Rogationibus, & in Vigiliis infra Octavas, ac Missis defunctorum, in Missa verò solemni congruit, ut Antependium Altaris concordet cum colore Paramentorum Missæ.

Sabbato sancto & in 2dis Vesperis omnium Sanctorum, ponuntur duo Antependia ante altare, ut Sabbato sancto amoto violaceo, album. Et finitis Vesperis omnium Sanctorum amoto albo nigrum appareat.

Ad n. 2dum & 3tium hoc titulo ubi præscribitur, ut diebus Dominicis infra Octavas sit color albus vel rubeus pro ut Octavæ convenit,

nota

nota exceptionem : praterquam illis Dominicis, quibus tributus est color violaceus.

N. 5. *Violaceo colore utitur usque ad Missam Vigilia Nativitatis Domini inclusivè.* Unde Dalmatica Diaconi in dicta Vigilia cantantis Martyrologium violacei erit coloris.

In festo sacrorum Stigmatum adhibetur color albus ex Decreto S. Rit. Cong. In Vigilia S. Patris nostri FRANCISCI, violaceus, ut in aliis Vigiliis. In festo Martyrii, B. V. albus.

TITVLVS XIX.

De qualitate Paramentorum.

N. 3. **P**luviali utitur in Processionibus & benedictionibus quæ sunt in altari. Item in Officio Laudum & Vesperarum quando solemniter dicuntur, non in Matutinis, nisi exponendum Venerabile Sacramentum, ut in festo Corporis Christi. Sacrista igitur ad Vesperas pluviale exponat in omnibus festis, quando Pater Guardianus aut P. Diffinitor est Officiator, quæ nam illa festa sint videat infra Part. 4. Tit. 1. N. 7. & 11. præterea feria 2da Paschatis & Pentecostes, in festo S. Stephani. In omnibus festis B. V. excepto Præsentationis & Visitationis. In festo Ss. Nominis Jesu, & S. Antonii de Padua, in Dominicis Confraternitatis, si Vesperis jungatur processio: aliis temporibus sufficit usus superpelliciorum, nisi Præses ob speciales causas aliud disposuerit.

N. 4. *Cum Celebrans utitur pluviali semper deponit manipulum.* Idem tunc faciunt Diaconus & Subdiaconus. Et ubi pluviale haberi non potest coloris congruentis, in Benedictionibus quæ sunt in altari Celebrans stat sine Planeta cum Alba & Stola, in quo casu etiam Diaconus & Subdiaconus absque Dalmaticis & Manipulis assistunt: Diaconus tamen cum stola.

N. 7. *In Minoribus autem Ecclesiis predictis diebus juniorum Alba*

tantum amicti ministrant, Subdiaconus cum manipulo, Diaconus etiam cum stola ab humero sinistro pendente, dies in quibus in nostris Ecclesiis non est Dalmaticarum usus, vide in Rubricis hoc Titulo n. 6. determinatos.

TITULUS XX.

De preparatione Altaris et Ornamentorum ejus.

Altare in quo sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrandum est, debet esse lapideum ab Episcopo consecratum: vel saltem ara lapidea similiter ab Episcopo consecrata, in eo inserta, quæ tam ampla sit, ut Hostiam & majorem partem Calicis capiat. Celebraturus igitur in portatili advertat, ut sacram Hostiam collocet super ipsam aram insertam, & non super illius circumferentiam.

Super altare nihil omnino ponatur, quod ad Missæ Sacrificium vel ipsius altaris ornatum non pertineat. Ne his ultimis verbis: *Ad ipsius altaris ornatum, Sacristæ abutantur, multiplicatione videlicet scamnorum aliorumque accidentalium ornamentorum, mensam altaris ita arctando, ut Sacerdos nec Corporale explicare, nec Missale sub Evangelio & Canone debite collocare possit: ordinat Capitulum Provinciale, ut altaris mensa tota appareat denudata.* Unum vel ad summum duo sint scamna, in illis ponantur candelabra, vasa Reliquiarum, flores, &c. hoc semper salvo, ne scamnis altaris mensa nimium arctetur, tanta enim illius manere debet capacitas, ut Missale apertum collocari possit versus cornu Evangelii. Præterea ratione hujus Rubricæ, *Super altare nihil omnino ponatur.* Ante Missam auferendæ sunt mappæ, quæ ut tegumenta contra sordes altaribus imponuntur, nec sufficit, quod involvantur: imò secundum GAVANTUM, nequidem sudariolum ad emungendas nares ponendum super altare, sed potius à cingulo pendens ad dextram portandum, multo minus relinquendæ sunt dictæ mappæ.

Super

Super altare collocetur Crux : probabilius cum imagine Crucifixi. Dum expositum est venerabile Sacramentum non requiritur *in medio*. Abusus ergo est, si in medio collocetur statua alicujus Sancti & crux à latere vel in medio ; quasi ad pedes illius statuæ : Monet hoc Titulo GAVANT. cavendum esse ne unquam supra locum Sacramenti, præsertim si publicè exponatur, collocentur vasa sacrarum Reliquiarum, magis igitur cavendum videtur, ne supra locum Sacramenti collocentur statuæ Sanctorum. Ad præcavendos igitur hos abusus, & insuper quia ad altaria parva locus nimis angustus est, ita ut cæremoniæ ibidem vix rite exerceri valeant, aliasque ob causas ordinatur ut Sacrum Conventuale semper celebretur ad altare majus. Antipendia altaris non sunt cingenda lignea coronide.




CÆREMONIALIS
Fratrum Minorum strictioris
Observantiæ Provinciæ Saxoniae
sanctæ Crucis,

PARS II.
DE RITU SERVANDO IN CELE-
BRATIONE MISSÆ.

*In hac parte juxta ordinem Titulorum imo agemus de priva-
ta, deinde secundum eundem ordinem Titulorum de
Missâ solemnî.*

TITULUS I.

De præparatione Sacerdotis celebraturi.

N. 1.  *Tsaltem Matutino cum Laudibus absoluto orationi ali-
quantulum vacet. Citat BARBOSA Auctores 20,
quos ipse sequitur, censentes Missam ante Ma-
tutinum dicere non esse peccatum mortale : ci-
tat alios decem & novem affirmantes esse pecca-
tum mortale : Abstrahendo ab hac controver-
sia ; certum nihilominus est, quod ob negligentiam vel tædium re-
rum spiritualium, per accidens ab his, qui vix ad tanta Mysteria se
debiti*

debite præparare conantur, graviter peccari possit.

Ibid. *Super velo ponit bursam . . . intus habentem Corporale plicatum.* Circa hanc complicationem observandum est, ut pars anterior in qua Sacramenta tractata sunt in complicatione media sit.

Paramenta non debent sumi de altari, in quo Missa facienda, nisi à solis Episcopis & Cardinalibus ut decrevit S. Rituum Congregatio: ideòque in locis ubi non est Sacristia ponatur pro Paramentis particularis mensa; si in casu necessitatis sumenda de altari, nunquam in medio sed in cornu Evangelii collocentur.

TITULUS II.

De ingressu Sacerdotis ad Altare.

Quoniam in sequentibus frequens est mentio Reverentiarum & inclinationum.

Nota eam quatuor loquendi modis in Rubrica exprimi, imò per hæc verba: *Profunda Reverentia. Profundè inclinans. Profundè inclinatus.* 2do simpliciter sine addito. *Facit Reverentiam, facta Reverentia, inclinatus. Se inclinans, &c.* 3tio. cum particula diminutiva. *Aliquantulum inclinatus, parum inclinatus.* 4to per hæc verba: *Caput inclinat: inclinato capite, &c.*

Nota 2dò. Per inclinationem profundam intelligimus illam, quæ fit per talem corporis incurvationem, ut manus ad genua, si extenderentur possent pertingere. Dum dicitur *parum inclinatus, aliquantulum inclinatus*, intelligimus inclinationem humerorum, ut sit media inter profundam & capitis inclinationem, etsi in inclinatione capitis etiam humeri, modicè tamen, moveri possint. Dum autem dicitur simpliciter *Reverentia, inclinatus: vel se inclinans*: videndus est contextus, & verba illa referenda ad præcedentia aut sequentia, & apparebit, quod uno loco profundum, altero loco mediocre, alibi solum capitis inclinationem significant, ut hoc Tit. 2do n. 4. eodem hoc Titulo

tulo n. i. inclinationem humerorum, Tit. 3tio n. 10. hæc verba *Stans inclinatus*, profundam inclinationem indicant, quod plerumque propriis locis notabitur.

Nota 3tio. Sacerdos quoties accedit vel recedit à medio altaris, nisi flectendum, caput cruci inclinatur, juxta GAVANTUM & alios, & apertè satis colligitur ex Rubricis, etsi non ubivis exprimitur: quod semel hic dixisse satis est; quoniam autem immediate post accessum vel ante recessum à medio frequenter quædam lecta, ad quæ inclinatum, aut legenda, ad quæ inclinandum, non debet tum Sacerdos ratione accessus vel recessus distinctam facere inclinationem, quod advertendum ne inconvenienter Reverentiæ multiplicentur.

N. 1. Sacerdos omnibus Paramentis indutus, accipit manu sinistra Calicem quem portat elevatum ante pectus, bursam manu dextra super Calicem tenens, & facta Reverentia humerorum inclinatione, capite cooperto, cruci vel imagini, quæ in Sacristia erit & data Ministro benedictione, capite cooperto accedit ad altare. Ibid. Ministro cum Missali: quod clausum taliter in altari locatur, ut pars quæ aperitur cornu Epistolæ, pars verò clausa, seu quæ aperiri nequit, Calicem respiciat: neque in hoc est mystica aliqua consideratio; sed tantum conveniens collocandi modus consideratur, præcedente ibid. Si vero contingat eum transire ante locum Sacramenti, dextro genu capite cooperto flectit, idem fit, si in altari, quod transit advertat post consecrationem adhuc esse Sacramentum.

Ibid. Si ante altare ubi celebratur Missa, in qua elevatur Sacramentum, genu flectit utroque genu, quia cum morâ, & detecto capite illud adoret, cum mediocri inclinatione: nec ante surgat quam Celebrans deposuerit Calicem super Corporale. Si Venerabile patenter expositum, aut Communio distribuatur, caput detegit & uno genu flectit manente corpore erecto, nec necessarium est, quod post genuflexionem caput iterum tegat, sed postquam à genuflexione surrexit absq; alia ulteriori Reverentia, capite detecto progrediatur ad altare in quo celebraturus.

Dum in accessu vel recessu ab altari duo Sacerdotes sibi occurrunt,
Junior

Junior cedat Seniori seu digniori, nullam aliam sibi exhibentes Reverentiam.

N. 2. *Cum pervenerit ad altare stans ante illius infimum gradum. Vel ut hoc eodem Titulo n. 4. descendens post ultimum gradum altaris. Hæ Rubricæ significant, quod antequam ullum gradum ascendat, debitam faciat reverentiam: item quod non stans in 1mo vel 2do gradu, sed ante infimum gradum in plano Capellæ Confessionem faciat. Ibi. Si autem sit in eo tabernaculum sanctissimi Sacramenti genuflectens unico genu realiter tangens primum altaris gradum, debitam facit reverentiam.*

Observe hic, quod in Missa privata ante tabernaculum sanctissimi Sacramenti tribus vicibus flectatur supra alioquin consuetas genuflectiones. 1mo in accessu, 2do antequam incipiat Confessionem. 3tio finita Missa in recessu.

Ibid. *Tunc ascendit ad medium altaris, ibi ad cornu Evangelii sistit Calicem, &c.* Rubrica clara est.

N. 3. *Si est consecraturus plures Hostias pro Communione facienda, quæ ob quantitatem super patena manere non possunt, locat eas super Corporale ante Calicem, aut in aliquo Calice consecrato vel vase mundo benedicto ponit eas retro post Calicem.*

N. 4. *Collocato Calice in altari super Corporale, & bursa ad cornu Evangelii, facta cruci capitis inclinatione, accedit ad cornu Epistolæ, Missale super cussino aperit. In Missa privata non debet aperiri à Ministro, reperit Missam, & signacula suis locis accommodat. Deinde rediens ad medium altaris. Paululum hæreat ad formandam intentionem, & factâ in cruce reverentia, vertens se à cornu Epistolæ descendit post infimum altaris gradum ut ibi faciat Confessionem.*



TITULUS III.

De principio Missæ et Confessione
facienda.

I. **S**acerdos cum primùm descendit sub infimum altaris gradum, sive in planum Capellæ. Convertit se ad ipsum altare, ubi stans in medio, junctis manibus ante pectus extensis & junctis pariter digitis, ut summitas digitorum sursum respiciat, & pollice dextro super sinistrum posito in modum crucis, quod semper servatur, quando junguntur manus, semper autem junguntur, quando Sacerdos in altari hinc inde ambulat. Facta prius altari profunda inclinatione, vel si in eo sit tabernaculum sanctissimi Sacramenti facta genu dextro tantum, genuflexione, absque ulla ulteriori corporis incurvatione, erectus absque nova inclinatione, incipit Missam.

N. 4. Producens manu dextra à fronte ad pectus & ab humero sinistro ad dextrum, dicit intelligibili voce: IN NOMINE PATRIS, &c. & postquam id dixerit, non debet advertere quemcunque in alio altari celebrantem, etiamsi Sacramentum elevet, sed continuatè prosequitur Missam usque ad finem.

N. 5. Cum se ipsum signat semper sinistram ponit infra pectus. Ita tamen ut sinistra manus sit extra terminum crucis à dextra impressæ. In aliis benedictionibus cum est ad altare & benedicit oblata vel aliquid aliud, ponit eam super altare nisi aliter notetur. Generaliter observandum est, ut quando una manu sive dextra, sive sinistra aliquid à Celebrante agendum est, ut folia vertendo, &c. altera quiescat, vel in altari vel infra pectus pro occasione rei agendæ.

Ibid. Se ipsum benedicens vertit ad se palmam manus dextra & omnibus illius digitis junctis & extensis, format, ut supra, signum crucis. Si verò alios vel rem aliquam benedicit: ad distinctionem, ne etiam illi rei benedicendæ palmam verteret; sequitur. parvum digitum vertit ei, cui bene-

bene-

benedicit, eumque non curvatum aut ab aliis sejunctum, sed omnibus digitis pariter junctis & extensis, quod in omni benedictione observatur, etiam dum benedicit oblata, quia nullibi fit exceptio, adeoque semper dum aliquid à se distinctum benedicit, benedicendo totam manum dextram extendit, omnibus digitis pariter junctis. Nisi in aliis locis aliter notetur, ut hac Parte Tit. 8. de Canone n. 5. & deinceps pollices & indices non disjungit: post consecrationem scilicet, nec aliam invenio exceptionem.

N. 6. *Deinde Sacerdos eodem modo stans incipit & prosequitur cum Ministro Psalmum JUDICA ME DEUS. Qui Psalmus nunquam præmittitur nisi in Missis defunctorum & in Missis de tempore à Dominica Passionis, &c. Quando ergo infra hebdomadam Passionis legitur Sacrum votivum vel de festo Psalmus JUDICA non est præmittendus.*

Ibid. Cum in fine Psalmi dicit GLORIA PATRI, &c. caput cruci inclinatur, quod advertendum, etsi enim sub Officio Canonico, etiam sub Missa ab ijs qui sunt in Choro ad GLORIA PATRI, &c. profundè, in Missa tamen à Sacerdote & Ministris caput tantum inclinatur.

N. 10. *Et stans inclinatus profundè, junctis manibus prosequitur DEUS TU CONVERSUS & qua sequuntur in ordine Missæ clara voce usq; ad orationem AUFER à NOBIS. Et cum dicit OREMUS extendit & jungit manus tantum, non autem illas elevat, aut faciem in cælum erigit. Quia OREMUS adhuc inclinatus dicit, & tunc se erigens dicit submissè AUFER à NOBIS.*

Dum Sacerdos percutit pectus ad MEA CULPA: ad DOMINE NON SUM DIGNUS, ad MISERERE NOBIS, debet sibi cavere ab inordinato strepitu.

TITULUS IV.

De Introitu, Kyrieleison et Gloria.

N. 1. **D***um dicit AUFER à NOBIS, &c. absque prævia alia inclinatione. Celebrans junctis manibus ascendit ad medium altaris &*

ibi inclinatus, profundè. Manibusque item junctis super eo positis, ita ut digiti parvi duntaxat frontem seu medium anterioris partis tabule seu mensæ altaris tangant. Manus sic ponendæ super altare, ut sex digiti majores simul juncti mensæ altaris innitantur, minorum verò extremitates frontem mensæ tangant, pollice dextro super sinistrum in modum crucis posito: quod semper in simili casu faciendum, cum manus junctæ super altare ponuntur. Et cum dicit QUORUM RELIQUIÆ HIC SUNT, osculatur altare in medio, non à latere, manibus extensis non in pugnum contractis, hinc inde super eo positis. Quod semper servatur, quando osculatur altare, sed post Consecrationem pollices ab indicibus non disjunguntur.

N. 2. *Osculato altari ad cornu ejus sinistrum id est Epistola, ubi stans versus altare, & producens à fronte ad pectus signum crucis incipit intelligibili voce INTROITUM. Cum dicit GLORIA PATRI, &c. tenens junctas manus caput inclinat versus Crucem, repetito Introitu, junctis manibus ante pectus accedit ad medium altaris, ubi facta capitis inclinatione, stans versus illud, quod etiam servandum in Quatuor Temporibus, dicit Kyrie eleison. Hic notandum inconvenienter fieri si inter eundem à libro ad medium Kyrie dicatur, & generaliter illa quæ in medio altari, vel alio certo loco legenda præscribuntur, non debent dici hinc inde ambulando.*

N. 3. *Dicto ultimo Kyrie eleison Sacerdos stans in medio altaris, & manus extendens elevansque usque ad humeros incipit, si dicendum sit, GLORIA. Quoties sub illo inclinandum caput, Rubricæ sufficienter exprimunt. In fine Hymni Angelici, Symboli, & ad OSANNA IN EXCELSIS, formato signo crucis iterum jungit manus, deinde eas disjungens osculatur altare.*



TITULUS V.

De Oratione.

N. 1. **D**ilecto Hymno & manibus ante pectus junctis & demissis ad terram oculis vertit se à sinistro latere ad dextrum versus populum. Et extendens, ad vocem DOMINUS & jungens ad VOBISCUM dicit DOMINUS VOBISCUM. Caput non inclinatur versus populum dum illum salutatur. Deinde : junctis ut prius manibus re-vertitur per eandem viam. Hoc est iterum vertit se à sinistro latere ad dextrum. Ad librum.

Ibid. Vbi eas extendens & jungens ante pectus caputque cruci inclinans dicit OREMUS. Præter extensionem & junctionem manuum : Cæremoniale Episcop. lib. 2. cap. 8. congruè addit elevationem earundem : & satis patet ex verbis sequentibus hujus Rubricæ : *Tum extendit manus ante pectus, ita ut palma unius manus respiciat alteram, & digitis simul junctis, quorum summitas humerorum altitudinem distantiamque non excedat, quod in omni extensione manuum ante pectus.* Intelligi, si Sacerdos erectus & non inclinatus stet, ut Tit. 3. n. 10. cum ante orationem AUFER à NOBIS, dicit OREMUS. *Servatur.* Unde sive tantum dicitur, *extendit manus* : sive, *elevat & extendit* : semper idem est : dum enim dicitur *Elevatis manibus*, nunquam elevandæ ultra humerorum altitudinem : & dum dicitur *Extensis manibus*, etiam usque ad humeros elevandæ sunt : hæc enim elevatio juxta GAVANT, non est ad Mysterium sed ad decentiam.

Notetur & hoc : *Humerorum distantiam non excedat* ; ne eas extendat quasi oraturus in cruce, ut quidam male faciunt. Ad Orationes, quæ dicit Celebrans Pluviali indutus, non disjunguntur, neque extenduntur manus. In oratione A CUNCTIS, litera N. nomen exigit Patroni seu titularis Ecclesiæ, ubi celebratur, inquit GAVANTUS : unde Sacerdos curet scire, quis sit Patronus illius Ecclesiæ in qua celebra-

lebraturus est : ad quem finem in Sacrificiis ponatur tabella designans nomen Episcopi & Patroni loci. Si autem dicatur Missa votiva de Patrono seu titulari, in Oratione A CUNCTIS, subticendum est nomen Patroni, ne de eo bis fiat mentio in Collectis. Nominare tamen poterit vice illius alium pro sua devotione.

N. 2. *Cum nominatur JESUS caput versus Crucem inclinatur, quod etiam facit, quando nominatur in Epistola.* Non verò quando nominatur in Evangelio ut habetur Tit. sequenti n. 2. *Similiter ubicunque nominatur nomen B. MARIAE, vel Sanctorum de quibus dicitur Missa vel sit Commemoratio.* Item in Oratione pro Papa, quando nominatur, semper caput inclinatur, non tamen versus Crucem. Nomine Commemorationis hoc loco non intelligenda Suffragia communia Sanctorum in oratione A CUNCTIS, sed Commemorationes de Festo simplici vel Octava.

TITULUS VI.

De Epistola, Graduali et aliis usque ad Offertorium.

N. 1. **C**elebrans positus super librum, vel super altare manibus vel ut placuerit, librum tenens legit Epistolam. Illa lecta, debet Sacerdos Ministro dare aliquod signum finitæ Epistolæ; vel vocem mutando, vel faciem aliquantulum ad Ministrum vertendo.

Ibid. Epistola & aliis lectis, Sacerdos, si privatim celebret, ipsemet, seu Minister portat librum Missalis ad alteram partem altaris in cornu Evangelii, & cum transit ante medium altaris caput cruci inclinatur. Et Missale sic locat ut posterior pars libri respiciat ipsum cornu altaris & non ad parietem sive ad partem ejus contra se directam. Ad Aquilonem legit, **ALCUINUS** cap. de Celebrat. intellige si altare sit ad Orientem: ex quo patet, quod liber sub Epistola & Evangelio diverso modo locandus sit: sub Epistola posterior pars libri respicit ipsum altare & non cornu, sub Evangelio, non altare sed cornu respicit.

N. 2. Lo-

N. 2. *Locato Missali in altari Celebrans si ipse librum detulerit, redit ad medium altaris: alioquin à cornu Epistolæ venit ad medium: ibique stans junctis manibus ante pectus, levatisque ad Deum oculis & statim dimissis: has actiones facere debet Sacerdos antequam dicat, Munda cor meum. Tum profundè inclinatus dicit secreto MUNDA COR MEUM. Tribus vicibus in medio altaris junctis manibus inclinatus eas non ponit super altare: primo hic: 2do: dum dicit SANCTUS. 3tio ad AGNUS DEI, & JUBE DOMINE BENEDICERE. Quia petit benedictionem à Deo, in Missa autem solemnè Diaconus dicit: JUBE DOMNE, quoniam benedictionem à Celebrante petit. Distinctio hæc notanda est. Ibi. Quibus dictis vadit ad librum Missalis, ubi stans versus illum, hoc est versus cornu vel aquilonem quantum commode fieri potest, junctis manibus ante pectus dicit intelligibili voce DOMINUS VOBIS-CUM, &c. Deinde pollice solo absque indice, dextra manus sinistra supra librum posita, signo crucis signet primo librum super principio Evangelii. Postea sinistra manu pectori admota se ipsum, dum dicit SEQUENTIÀ vel INITIUM SANCTI EVANGELII, signat librum, dum respondetur, GLORIA TIBI DOMINE se ipsum signat. Ibid. Cum autem nominatur JESUS caput versus librum inclinatur: & eodem modo versus librum, etiam dum expositum est Venerabile Sacramentum, genuflectit cum in Evangelio est genuflectendum.*

N. 3. *Cum dicit ET INCARNATUS EST usque ad ET HOMO FACTUS EST inclusivè genuflectit unico genu, manibus super altare extensis, ut seipsum ad altare sustineat, ut habetur Tit. præcedenti n. 4. quod semper observandum, dum ad altare sine mora flectit.*

TITULUS VII.

De Offertorio usque ad Canonem.

N. 2. **D**lto Offertorio discooperit Calicem. Velum decenter plicatum prope tabellam secretarum extra Corporale deponit.

Et ad

Et ad cornu Epistola sistit & manu dextra, sinistra super altare posita, amovet parvam pallam. Deinde dextrâ, sinistrâ adhuc super altare positâ, accipit patenam cum hostia & ambabus manibus eam usque ad pectus elevatam tenens oculis ad Deum elevatis & statim demissis dicit SUSCIPE SANCTE PATER.

N. 3. *Si fuerint aliæ hostiæ . . . in alio calice seu vase pro Communionē populi consecrandæ, Calicem illum seu vas dextra discooperit, & intentionem suam etiam ad illas offerendas & consecrandas dirigens dicit ut supra : SUSCIPE, &c. Oratione totaliter completa, patenam utraque manu tenens cum ea facit signum crucis super Corporale, & deponit Hostiam circa medium anterioris partis Corporalis ante se, & Patenam ad manum dextram aliquantulum. Nempe ad medietatem subtus Corporale.*

N. 4. *Deinde à medio altaris recedens manibus junctis, in cornu Epistola accipit sinistra, Calicem, & dextra, Purificatorio extergit, & ut habetur numero præcedenti exterso Calice Patenam cooperit Purificatorio : & sinistra tenens illius nodum accipit ampullam vini, &c. ut in Rubrica. Deinde eodem modo tenens Calicem, non jungit manus antequam benedicat, producit signum crucis super ampullam aquæ DEUS QUI HUMANÆ SUBSTANTIÆ, &c. Et ad verba, DA NOBIS PER HUIUS AQUÆ, & non antea : infundit parum aquæ in Calice.*

N. 5. *Imposita aqua in Calice. Si vini aut aquæ guttæ dispersæ appareant intra Calicem, Purificatorio de Patena accepto abstergantur, & iterum Patenam Purificatorio cooperit. Notandum hic quod usus eorum, qui ad excipiendas guttas vini, alioquin usque ad altaris mappam frequenter defluxuras, labio Calicis Purificatorium imponunt, non sit reprobandus, donec habeantur ampullæ vitreæ, aut alia earum forma, ut distillatio evitari possit. Et finita oratione prædicta junctis ante pectus manibus recedit ad medium altaris, accipit manu dextra Calicem discoopertum & stans ante medium altaris ; & quamvis verba Rubricæ clarè non exprimant, Calicem accipiendum postquam pervenit ad medium, ita tamen omnino observandum, dum Venerabile Sacramentum expositum est, quoniam ob aliam Rubricam ratione accessus in medio flectendum est, videtur ergo congruentius, ut in
omni*

omni Missa observetur, quia saltem non est contra Rubricam.

Ibid. *Ipsam ambabus manibus elevatum tenens*, ita ut Calicis cuppa non excedat oculos, neque infra os. *Intentis ad Deum oculis offert dicens OFFERIMUS TIBI DOMINE, &c.* qua oratione dicta, & non ante, facit signum crucis ambabus manibus, vel sola dextra, ut commodius videtur, cum Calice super altare.

Ibid. *Postea erectus elevans oculos manusque expandens & statim jungens ante pectus, quod semper facit, quando est aliquid benedicturus.* Subintellige dum utraque manus est libera, nec altera earum ad Hostiam vel Calicem tenendum occupata, dicit: VENI SANCTIFICATOR, &c.

N. 6. *Tunc junctis ante pectus manibus accedit ad cornu Epistolæ, ubi stans versus cornu Epistolæ, sinistro latere ad altare verso, Ministro aquam fundente lavat manus, id est extremitates digitorum pollicis & indicis dicens Psalm. Lavabo, &c.* Ablutione facta extergit digitos facie ad altare versa, ad Gloria Patri, caput cruci inclinatur. *Qui versus Gloria Patri præter mittitur in Missis defunctorum, & in Missis de tempore.* Non in Missis votivis, à Dominica de passione usque ad Sabbatum sanctum exclusivè. Absoluto Psalmo manibus ante pectus junctis revertitur ad medium altaris, ubi stans oculosque ad Deum elevans, &c. ut in Rubrica dicit Suscipe Sancta Trinitas, &c.

N. 7. *Et manibus ante pectus extensis ut sit ad orationem, stans in medio altari, versus librum:* hoc est, inquit GAVANTUS: conversus ad librum, non recedens à medio, ita ut dextrum latus aliqualiter saltem, vertatur ad altare; etiam hinc patet, quod liber locandus prope Corporale, ut commodius legatur, & si Rubrica de hoc taceat. Dicit absolutè sine OREMUS, orationem vel orationes secretas. *Cum dicit PER DOMINUM jungit manus, cum dicit JESUM CHRISTUM caput inclinatur Crucis.*

N. 8. *Pervento autem in conclusione ultime secreta, ad verba illa PER OMNIA SÆCULA SÆCULORUM.* exclusivè Sacerdos stans in medio altaris prosequitur ut in rubrica. Dum in Præfatione legit *Per Christum Dominum nostrum*, non inclinatur caput, nec unquam per totam Missam

E

ad sola

ad sola illa verba, unâ vice exceptâ, scilicet in Canone post Consecrationem ante illa verba : **NOBIS QUOQUE PECCATORIBUS.** Cum dicit **SANCTUS**, *junctis ante pectus manibus non super altare positis, & inclinatus profundè, prosequitur, &c.*

TITULUS VIII.

De Canone Missæ usque ad Consecrationem.

N. 1. **F**inita Prefatione ut supra, Sacerdos stans ante medium altaris versus ad illud : aliquantulum usque ad humeros, vide hac Parte Tit. 5. n. 1. *elevat manus. Oculisque elevatis ad Deum, & sine mora devotè demissis ac manibus junctis & super altare positis incipit Canonem.* Ibid. *Cum dicit : HÆC † DONA : HÆC † MUNERA. HÆC SANCTA † SACRIFICIA, dextera manu sinistra super altare posita, signat ter communiter super Hostiam & Calicem.* Formet duas lineas æquales & non quatuor puncta. Lineæ autem non sint nimis excessivæ, communiter Auctores statuunt mensuram palmi. Adverte ad dicta Tit. 3. n. 5. *Benedicendo totam manum dextram extendit omnibus illius digitis pariter junctis & extensis.*

N. 2. *Vbi dicit una cum famulo tuo Papa nostro N. exprimit nomen Pa-
pa cum capitis inclinatione, Sede autem vacante : idem est de Episcopa-
li Sede vacante, de verbis ET ANTISTITE NOSTRO N. verba prædicta
omittuntur. Ubi dicitur Et Antistite nostro N. specificatur nomen,
Patriarcha, Archiepiscopi vel Episcopi ordinarij in propria Diœcesi : hoc
est, nominari debet, non Episcopus Celebrantis, sed Episcopus loci
quo quis celebrat : itaque in alia Diœcesi Celebrans attendat ad no-
men illius Episcopi. Et non alterius Superioris v. g. Abbatis exempti,
etiamsi Celebrans sit omnino exemptus, vel sub alterius Episcopi jurisdic-
tione.*

N. 3. *Cum dicit MEMENTO DOMINE FAMULORUM FAMULARUM-*
QUE

QUE TUARUM, quod dicere debet secretò, & non voce altiori, ut multi abusivè faciunt. *Elevans & jungens manus usque ad faciem vel pectus.* Vide hic Proprium, ubi actiones illæ clarius exprimentur, elevat enim manus cum dicit **MEMENTO**, easque sic elevatas tenet, usque dum expressit nomina, quorum memoriam facit. Deinde *jungit manus orat aliquantulum pro ijs pro quibus orare intendit.*

N. 4. *Commemoratione vivorum facta, & extensis ut prius manibus continuat.* **Et omnium Circumstantium, &c.** *Similiter stans prosequitur communicantes.* Quando Communicantes separatur à lustratione: vide Parte I. Tit. 12. n. 4. *Cum dicit hanc igitur Oblationem, expandit manus simul super Oblata ita ut palmæ sint apertæ versus ac supra calicem & hostiam.* Debent autem manus sic extendi, ut palmæ sint apertæ pollice dextro super sinistrum posito in modum crucis, supra manus & non intra: ita declarat **CARD.** *Quas sic tenet usque ad verba:* **Per Christum Dominum nostrum, &c.** ut in Rubrica. *Ibid. Extergit à sudore vel alia immunditia, ad majorem Sacramenti Reverentiam si opus fuerit pollices & indices super corporale.* *Dicit secretò ut prius* **Qui pridie quam pateretur, &c.** *& accipiens pollice & indice dextra manus hostiam, & eam cum illis, ac indice & pollice sinistra manus hoc est utraque manu: tenens, stans erectus ante medium altaris dicit,* **Acceptit panem in sanctas & venerabiles manus suas, &c.** *caputque aliquantulum inclinans dicit* **Tibi gratias agens,** *& tenens Hostiam inter pollicem & indicem sinistra manus ita ut Hostiam consecrandam non elevet, sed sinistra manu in altari posita illam tenens dicit: **Tibi gratias agens,** *producit signum crucis super eam dicens, &c.**

N. 5. *Cum autem finierit suprascripta verba, cubitis super altare positus.* Cubitis tantum leniter sustentetur nec indecenter altari incumbat. *stans* Corpus non magis inclinando, quam requirit positio cubitorum super altare. *stans,* directè contra altare non declinando ad latus, retentis æqualiter pedibus in suppedaneo, nec dextro supra sinistrum, re-

verentia causa quasi deflexo, capite inclinato, reliquo corpore manente erecto. *Distinctè, reverenter non irreverenter ore fortique halitu super hostiam spirans, secretò ita ut nequidem proximè adstantes audiant, profert verba consecrationis super hostiam vel si sint plures super omnes. Et hostiam suam pollicibus & indicibus tantum tenens dicit* **Hoc est enim Corpus meum** : *Quibus prolatis Celebrans tenens Hostiam inter pollices & indices utriusque manus, super altare, reliquis manuum digitis extensis & simul junctis genuflexus eam adorat. Oculis in Hostiam intentis & non corpore & capite ex indiscreta reverentia infra frontem altaris profundato. Tunc se erigens, quantum commodè potest elevat in altum Hostiam. Et intentis in eam oculis (quod & in elevatione Calicis facit) populo reverenter ostendit adorandam.*

Contra hanc Rubricam dupliciter à quibusdam peccatur, aliqui, non satis, alii verò nimium elevat, debet ergo elevatio fieri reverenter & decenter, ita ut non sit nimis alta, nec nimis demissa. *Et mox paululum quidem, non diu tamen elevatam teneat, Solam manu dextra ipsam reverenter reponit super corporale in eodem loco unde eam levavit, & deinceps pollices & indices non disjungit, nisi quando Hostiam consecratam tangere vel tractare debet.*

N. 6. *Reposita hostia consecrata super corporale genuflexus eam adorat, & adorato Sacramento surgit discooperit calicem, & reliqua facit ut in rubricis.*

N. 7. *In quem Calicem, si opus sit extergit digitos, quod semper faciat, Quoties discooperit calicem, si aliquod fragmentum digitis adherat. Et stans erectus dicit, Simili modo postquam cœnatum est, &c. Ibi cum dicit Benedixit, sinistra calicem infra cuppam tenens, dextra signat super eum, tribus digitis extensis & junctis. Ibid. & ambabus manibus tenens calicem, videlicet sinistra pedem, & dextra nodum infra cuppam, cubitis super altare positus & capite inclinato, ut supra de consecratione Hostia dictum, profert verba consecrationis super Calicem, quem parum elevatum tenet, ut notatur in ordine Missæ. Circa Calicis elevationem observentur, quæ de elevatione Hostia dicta sunt :*

sunt : sufficit Calicem ita elevare , ut cuppa ultra verticem capitis à populo commodè videri possit.

TITVLVS IX.

De Canone post Consecrationem usque ad
Orationem Dominicam.

N. 1. **R** *Eposito calice & adorato, Sacerdos stans ante altare extensis manibus ante pectus, Sacerdos sæpius orat extensis manibus, sed & advertendum ad sæpius dicta, quod manus nunquam humerorum latitudinem vel altitudinem excedant. Ibid. cum dicit Supplices te rogamus &c. inclinatur se profundè ante medium altaris.*

N. 2. *Cum dicit Memento Domine famulorum famularumq; tuarum, non elevat vocem. Vide hic in ordine Missæ disparitatem inter Memento pro vivis & defunctis. In primo dicit extensis manibus Memento Domine famulorum famularumq; tuarum, & ubi ponuntur N. & N. jungit manus. In altero verò, extensis manibus dicit totum, usque ad in Somno pacis inclusivè, & tum manus jungit.*

N. 3. *cum dicit Nobis quoque peccatoribus, vocem aliquantulum elevat, & dextra manu percutit sibi pectus, modestè & moderate tribus digitis nec pollex vel index Casulam tangat. Ibid. cum hostia signat bis inter calicem & pectus incipiens à labio calicis; recto motu hostiam ducens versus pectus & non versus pedem Calicis descendendo. Cum dicit Omnis honor & gloria, non elevat vocem.*



TITULUS X.

De Oratione Dominica usque ad factam
Communionem.

N. 1. **M**anibus extensis hinc inde super altare, intra corporale, quod notandum ut quoties post Consecrationem manus super altare ponendæ, ponantur intra Corporale, positæ. Dicit intelligibili voce, PER OMNIA SÆCULA, &c. Cum dicit OREMUS jungit manus, caput Sacramento inclinans : cum incipit PATER NOSTER, extendit manus, & stans oculis ad Sacramentum intentis prosequitur usque ad finem.

N. 2. Antequam Celebrans dicat DA PROPITIUS PACEM, elevat manu dextra, patenam de altari, & se ipsum cum eaita ut pars interior patenæ sit versa ad Sacerdotem, signat signo crucis dicens DA PROPITIUS PACEM, &c. Deinde Patenam ipsam in illa parte, quæ ad Sacerdotem dum se signavit versa erat, osculatur & prosequens ut ope MISERICORDIÆ TUÆ, &c. submittit, non eam post osculum purificatorio denuo extergendo, patenam Hostiæ, quam indice sinistro accomodat super patenam.

Ibid. Stans junctis manibus ante pectus capite inclinato corpore autem erecto, versus Sacramentum dicit intelligibili voce AGNUS DEI, &c. & dextra : sive potius tribus digitis exterioribus dextræ manus, modestè percutiens sibi pectus sinistra super corporale posita dicit MISERERE NOBIS. Et deinde non jungit manus : Ad primum Agnus Dei stat junctis ante pectus manibus capite inclinato donec absolvit : Qui tollis peccata mundi. His dictis sinistram ponit super altare, eam ibi relinquendo, donec pro tertia vice absolvit. Sub 2do vel tertio AGNUS DEI, dextra non quiescat super altare, sed paululum supra pectus, vel ut convenientius videtur, ita tardè & cum gravitate dextram moveat, sub verbis : Agnus Dei qui tollis peccata mundi,

mundi, ut ad **Miserere nobis** & ad **Dona nobis pacem** pectus sibi percutere possit: in Missis de **REQUIEM**, quoniam sibi pectus non percutit sub toto **AGNUS DEI**, stat capite inclinato, manibus junctis:

N. 3. *Tunc* mox ut dixit **Dona nobis pacem**, vel **Dona eis requiem sempiternam**, manibus junctis super altare positis, oculisque ad **Sacramentum** intentis, inclinatus, profundè, dicit *Orationes, &c.*

N. 4. *Manu sinistra tenens partes hujusmodi super patenam inter pectus & calicem parum inclinatus dextra percutit pectus dicens, Domine non sum dignus*, eo modo tardè movendo manum dextram, ut mox diximus ad **AGNUS DEI**: & advertendum, quod ad **AGNUS DEI** maneat corpore erecto, hic verò corpus parum inclinet. Nec Sacerdos hostiam tenens super patenam eam levat in altum, nec ad latus recedit, ut hostia videatur, nec pedem unum incurvat aut super alium ponit: sed ut dictum est, tantum parum inclinatus dicit: **Domine non sum dignus.**

Ibid. Et cum hostia super patenam signat se ipsum signo crucis, ita tamen ut hostia non egrediatur limites patena dicens **Corpus Domini nostri JESU Christi, &c.**

Ibid. *Ambas quoque manus ante faciem jungit, & aliquantulum.* Ne ex nimis prolongata Celebrantis devotione in populo oriatur turbatio, quiescit in meditatione sanctissimi Sacramenti.

Ibid. *Discooperit calicem, genuflectit, surgit, accipit patenam:* contingit aliquando, quod fragmenta ex ipsa hostia tractata decidant in patenam, hæc prius in calicem mittantur, ne certa dissipentur & amittantur, dum incerta colliguntur. Deinde manu dextra calicem à medio corporalis, ad ejus latus dextrum vel sinistrum, prout magis visum fuerit opportunum parumper removet pro faciliiori fragmentorum collectione. *Inspicit corporale, colligit fragmenta cum patena si quæ sint in eo demum manu sinistra corporale super patenam elevando dextra*
non

non nihil excutit, si quæ forsan adhæserint fragmenta. *Patenam quoque diligenter cum pollice & indice dextrae manus super calicem extergit, & ipsos digitos, ne quid fragmentorum in eis remaneat.* Cavendum tamen à nimis scrupulosa & morosa eorundem extersione aut collectione.

N. 5. *Si verò adsint hostiæ consecratae super corporale posita pro alio tempore conservanda, reponit eas in vas ad hoc ordinatum, antequam sumat sacrum sanguinem.*

N. 6. *Si qui sunt communicandi in Missa, Sacerdos post sumptionem Sanguinis antequam se purificet, facta genuflexione, ponat particulas consecratas in pixide, vel si pauci sunt communicandi super patenam, nisi à principio posita fuerint in pixide.* Ex his patet, quid agendum Sacerdoti, qui Communionem distribuet & quid ei qui non distribuet. Hic post sumptum sacrum Sanguinem, ille ante sumptum, species consecratas ponit in pixide.

Item N. 5. *Stans reverenter sumit totum Sanguinem* : non nimis sæpe & indecorè post sumptionem lambat Calicem, sufficit ter ori admovisse, Ablutionem bis.

Ibid. *Super altare porrigit Calicem Ministro non trans altare, nisi Minister aliter infundere non possit* : & curet Sacerdos, ut per eandem partem Calicis per quam sanguis Christi sumptus est, etiam sumat purificationem.

Ibid. *Deinde vino & aqua non solo vino, abluit pollices & indices super Calicem manens in medio altaris, solum se vertens ad Ministrum fundentem vinum & aquam.*

N. 6. *Omni bus communicatis revertitur ad altare & non dat eis benedictionem, quia illam daturus est in fine Missæ.* Repugnant huic Rubricæ toties à quibusdam repetitæ cum Ciborio benedictiones. Dum Ciborium ad primum Sacrum exponitur & post ultimum reponitur, in expositione & repositione tolerari potest benedictio, cæteroquin non melius foret Ciborium nunquam exponere. Missale dum hic clauditur, collocatur ut in principio Missæ dictum est.

TITULUS XI.

Clarus est.

TITULUS XII.

De Benedictione in fine Missa et Evangelio
S. Joannis.

N. 1. **C**um dicit ET VERBUM CARO FACTUM EST, ad extra super altare posita, ut seipsum ad altare sustineat, hic enim, ut fit in aliis genuflexionibus utraque manu se sustinere nequit, quoniam : *genuflectit versus cornu Evangelij & surgens prosequitur ut prius hoc est versus cornu Evangelij, & non revertitur ad medium, nisi Evangelio toto lecto.*

N. 6. Finita Missa *descendit ante infimum gradum altaris, & ibi in medio vertens se ad illud caput inclinat.* Tit. 2. n. 2. In accessu ad altare Sacerdos imagini Crucifixi profundè inclinat. Item antequam incipiat Confessionem, *facta prius cruci vel altari profunda inclinatione* : ut habetur Tit. 3. n. 1. Hic verò, etsi videri posset eadem ratio profundæ inclinationis, dicitur tamen tantum, *caput inclinat (vel si in altari est tabernaculum sanctissimi Sacramenti genuflectit) & facta reverentia* : non nova, sed vel tantum capitis inclinatione, vel pro rei exigentia genuflexione : caput tegit ac præcedente eodem Ministro, eo modo quo venerat redit ad Sacristiam, &c.



F

TITU-

TITULUS XIII.

De his quæ omittuntur in Missa pro Defunctis.

TOtus hic titulus clarus est : hoc tantum nota, in die depositionis & Anniversario summi Pontificis, & pro Cardinalibus & Episcopis, dicitur prima Missa, illa scilicet, quæ in Commemoratione omnium fidelium defunctorum præscribitur : pro Sacerdote autem defuncto, dictis diebus, depositionis & Anniversario, plerumque dicitur 2da Missa pro defunctis : mutata semper oratione, quæ debet esse conveniens, pro Sacerdote plerumque sit : **Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes.** In aliis Missis pro Sacerdote dicendis, sumantur omnia ex quotidianis Missis defunctorum cum oratione, **Præsta quæsumus Domine.**

In die 3tio, 7imo, & trigesimo depositionis defuncti, dicitur Missa ut in die obitus exceptis orationibus quæ dicuntur, ut sunt in proprio loco notatæ ; quæ tamen orationes dici non debent illis diebus, inter diem tertium, septimum & trigesimum interpositis, sed tunc dicatur Missa quotidiana cum oratione personæ defunctæ convenienti. Notandum generaliter, quod in Missis defunctorum, servata tamen semper Collecta convenienti, Epistolæ & Evangelia posita in una Missa, dici etiam possint in alia Missa pro defunctis.

SEQUENTIA PRO DEFUNCTIS dicitur, quandocunque in Missa legitur una tantum Oratio, nec tum ad arbitrium Sacerdotis legi vel omitti potest, sicut in aliis Missis, quando plures orationes legendæ sunt.

AP.

APPENDIX

De Officio Ministri in Missa privata.

1. **D**E necessariis, ut vino, aqua, & candelis ardentibus providebit, Sacerdoti vestes ad induendum disponet, calceos, & aquam lavacri ministrabit, extendet Manicas Albæ à dextra incipiendo, ut commodius Sacerdos indui possit: Cingulum utraque manu à tergo porriget, Albam decenter componet, Manipulum utraque manu, deinde similiter Stolum porrigat à sinistra Sacerdotis, & Casulam imponat & aptet.

2. Accipit Missale, quod ambabus manibus suppositis ante pectus portat, illudque clausum collocat in cornu Epistolæ, non autem aperit, ut aliqui majoris obsequii gratiâ, tamen malè, practicant. Si autem Missale sit in altari, accipit Ampullas: & dum Sacerdos ante egressum, in Sacristia cruci inclinatur, & ipse inclinatur, & postquam Sacerdos se vertit, genu flexus petit benedictionem. Et deinde præcedit gravi & religioso incessu. Transiens altare, in quo est tabernaculum aut Sacramentum post consecrationem adhuc præsens, genuflectit unico genu: si Sacramentum elevetur, utroque per moram, ubi se Sacerdoti conformabit: & procedit ad altare, ubi cum Sacerdote facit profundam inclinationem, vel genuflexionem, si in altari sit tabernaculum sanctissimi Sacramenti: postquam Sacerdos ascendit, aptat amictum & caputium. Hoc facto descendit, junctis manibus, & congruum est, ut toti Missæ junctis ante pectus manibus assistat, si tamen ob senium, aliamve rationabilem causam id commode fieri nequeat, semper saltem junctas habeat manus, dum huc vel illuc ambulat, nisi manus circa aliud servitium occupatæ sint. Deinde in cornu Evangelii ante imum gradum, prævio osculo terræ genuflectit.

3. Cum Sacerdote incipiente Confessionem, se signat ac distinctè & intelligibiliter respondet: cum legit Confiteor, inclinatur, non ta-

mente nimium profternit , ne forte intelligi non possit : inclinatur etiam Confessionem Sacerdotis. Dum minister dicit TIBI PATER , & TE PATER ; aliquantulum se vertit ad Sacerdotem. Dum minister dicit : MISEREATUR, &c. erigit se , & dum Celebrans dicit : MISEREATUR, &c. INDULGENTIAM, &c. DEUS TU CONVERSUS, &c. manet inclinatus usque ad finem Confessionis.

4. Facta Confessione manet in eodem loco , in gradu tamen flectens. Dicto post Epistolam DEO GRATIAS , prævio terræ osculo surgit , observatis semper reverentiis vel genuflexione si Venerabile aut Ciborium expositum, aut si non expositum, humerorum inclinatione, quotiès transitur per medium, portat Missale apertum ad cornu Evangelii, taliterque locat ut posterior pars libri, quantum fieri potest , respiciat ipsum cornu , Missali ita collocato redit ad cornu Epistolæ.

5. Dicto Offertorio : prævio terræ osculo junctis manibus vadit ad cornu Epistolæ , ut ministret ampullam vini, quam osculatur , non tamen manum Celebrantis , & prævia capitis inclinatione porrigit, ita ut Sacerdos eam per manubrium accipere possit : quam sinistra recipit, & dextra deinde præbet ampullam aquæ. Deinde explicato manutergio , accipit sinistra pelviculam , fundit aquam super Celebrantis digitos , & facta inclinatione redit ad locum suum cum terræ osculo.

6. Cum dicitur SANCTUS , pulsat parvam campanulam. Ad ultimam crucem super Calicem factam dat signum præliminare , & absque terræ osculo vadit ad medium & parum ad dextram Celebrantis super 2dum gradum , si sint tres, alioquin super primum gradum flectit, & facta Consecratione parum inclinatus fimbriam planetæ sinistra levat, & dextera dat signum 3tio, hoc est in prima adoratione, elevatione, & 2da adoratione, qua à Sacerdote facta, ipse osculatur terram, Similiter facit ad elevationem Calicis : fimbriam non osculatur, sed iterum terram post 2dam Calicis adorationem : postea vadit ad locum suum & orat in cruce usque ad PATER NOSTER.

7. Ad ablutionem ministrat vinum stans in suppedaneo altaris ,
facie

facie versa ad illud, quoniam Sacerdos super altare Calicem porrigit. Ad 2dam ablationem, si opus est, propius ad Sacerdotem accedit, facie versa ad Sacerdotem, ministrat non tantum vinum sed & aquã, facta semper ante & post capitis inclinatione. Deinde defert librum, facta semper in medio congrua reverentia, ad cornu Epistolæ. Et vadit juxta cornu Evangelii usque dum accipiat benedictionem. Si Celebrans pro 2do Evangelio libro uti debeat, quem in illum finem apertum relinquit, illum tempestivè defert ad cornu Evangelii.

8. Cum Celebrans legit ultimum Evangelium, vadit ad cornu Epistolæ, illo finito extinguit candelas, imo in cornu Evangelii nisi alia Missa immediate sequatur, tunc enim eas accensas, & Missale super altare relinquit: alioquin illud accipiens & ante pectus portans, facta reverentia cum Sacerdote, devotè revertitur ad Sacristiam, ubi

Sacerdotem juvat in exuendo, omnia ordinatè plicat, & post agnitam culpam, tegit altare si opus fuerit, & vadit in pace.



CÆREMONIALIS
Fratrum Minorum strictioris
Observantiæ Provinciæ Saxoniae
sanctæ Crucis,

PARS II.
DE RITU SERVANDO IN CELE-
BRATIONE MISSÆ
SOLEMNIS.

TITULUS I.

De præparatione Sacerdotis celebraturi.

Hic Titulus nihil habet de Missa solempni : nisi quod dicitur n. 5.
*Si sit Episcopus & solempniter celebret, accipit Paramenta & alia ut in
Cæremoniali Episcoporum.*

Nota tamen imò hora cui immediate subjungitur Missa Conventualis finitur per PATER NOSTER tantum secreto legendum absque AVE MARIA & versu DOMINUS DET NOBIS SUAM PACEM ; aut Antiphona aliqua finali de B. Virgine, ex iis quæ habentur post Completorium, sed lecto secreto PATER NOSTER intonatur Introitus, neque post Missam, legenda est necessario aliqua ex prædictis Antiphonis finalibus, sed per ultimum Missæ Evangelium censetur Officium finitum. Laudabilis tamen est in quibusdam locis, juxta GAVANTUM
con-

consuetudo, ut post Missam dicatur Antiphona aliqua de B. virgine, & apud nos dici solet antiphona HÆC EST PRÆCLARUM VAS.

Nota 2do in omnibus Conventibus Provinciæ nostræ in quibus sunt sufficientes personæ (iis deficientibus vel impeditis relinquatur dispositioni Præsidis) singulis diebus cantabitur summum Sacrum cum Diacono, Subdiacono & Acolytha ut tamen inter festa & festa appareat differentia, in duplicibus Sacrum celebrari poterit absque Ceroferariis & incensatione Chori, in semiduplicibus & simplicibus etiam absq; incensatione altaris & osculo pacis.

TITULUS II.

De ingressu Sacerdotis ad Altare.

N. 5. **I**N Missa solemni Missale apertum super altare: per Sacristam aut Acolythum poni debet antequam Celebrans incipiat Confessionem.

Ibib. *Calix vero & alia necessaria preparantur in credentia.* Est autem credentia mensa brevis, demissa simplex, sine gradibus, sine imaginibus, sine cruce, ita Cærem. Epif. l. I. cap. 12. est collocanda à latere Epistolæ, & linteo mundo usque ad terram circum circa pendente contegenda, sic tamen collocanda est, ut à latere Epistolæ maneat locus, in quo Officiator & Ministri sedere possint. In credentiæ medio antequam Sacrum inchoatur, collocabitur per Subdiaconum Alba & manipulo indutum, Calix cum suis requisitis; in eadem etiam per Thuriferarium ponetur, liber Evangeliorum à parte dextra, pelvicula & manutergium à parte sinistra: & hæc cooperiantur velo pro qualitate festorum quo uti debet Subdiaconus cum patenam tenebit: quæ omnia sic erunt disposita, ut remaneat locus pro ampullis vini & aquæ, & candelabris Versiculariorum hinc inde reponendis.

Ibid. *Ipse, Sacerdos, autem procedit cum Diacono & Subdiacono.* Facta cruce in Sacristia profunda ab omnibus reverentia, Sacerdos se vertit,

vertit, & Diacono ministrante naviculam ponit thus in thuribulum, ut docet GAVANTUS, deinde omnibus Ministris genu flexis, benedictione data *procedit cum Diacono & Subdiacono* alter post alterum, quod semper observandum, dum Sacerdos indutus est Casula, alioquin si pluviali pariter vadunt, nisi angustia loci impediatur; *qui capite cooperto*, nisi in altari expositum sit Venerabile Sacramentum, tunc capite discooperto: Acolythus & Versicularii semper capite discooperto. *Simul cum eo tenent junctas manus ante pectus* quod & in recessu, & dum Sacerdoti legenti INTROITUM, KYRIELEISON, GLORIA IN EXCELSIS, CREDO, aut alias ad altare assistunt; dum huc vel illuc ambulant, semper observandum erit. Dum verò stant post Sacerdotem, nulla alia actione impediti, possunt habere manus reconditas sub Dalmatica. Alii Ministri, nisi circa alia occupati, aut rationabiliter excusati semper habeant manus junctas ante pectus.

Acolythus cum Thuribulo præcedit: *Ibid. Acolythi verò seu Cæroferarii, ante eos Subdiaconum, &c. deferunt candelabra cum candelis accensis ex Sacristia acceptis.* Quando verò Officium non est solenne, vide titulo præcedenti notabili 2do. Candelabra ita accipiuntur (qd. general. observandū) ut qui à dextris est (sive stet sive ambul. sive junior sive sen.) ponat dextrā. in medio candel. & sinist. in pede: alius è contra, sinist. in nodo & dextrā in pede & postq. ingressi chorum, decenter, prout loci capacitas patitur unus paululum deflectat ad dextram suam, alter ad sinistram, ita ut Sacerdos commodè transire possit, & ab utroque facie ad se invicem versa, facta Sacerdoti inclinatione, mox candelabra ponuntur super credentiam, aut si credentiæ usus non sit, collocentur in loco ad hoc deputato & vadunt ad altare.

Ibid. Et cum pervenerit Sacerdos, ante infimum gradum altaris: Sacerdos non debet nimium festinare, sed cum tali gravitate & tarditate procedat, ut & Versicularii tempestivè adesse possint. Ibi medius inter Diaconum à dextris & Subdiaconum à sinistris, &c. caput detegunt, Thuriferario & Ceroferariis caputia disponentibus, quibus bene dispositis, omnes genuflectunt; in omnibus enim Conventibus Provinciæ nostræ tabernaculum sanctissimi Sacramenti est in summo altari, unico
genu,

genū, super primum altaris gradum Acolythus in loco suo post Celebrantem : & postquam surrexerunt non iterum inclinant, sed statim Sacerdos stans erecto corpore medius inter Diaconum & Subdiaconum facit Confessionem.

TITULUS III.

De principio Missæ.

N. 4. **M**issa inchoata Sacerdos non debet advertere quemcumque in altari celebrantem etiamsi Sacramentum eleverit : quod item observatur in Missa solemnī & simul etiam à Ministris. Quod Acolythus & Versicularii notent, & si actu circa aliud Ministerium non sint occupati.

N. 6. Dum Celebrans dicit ADJUTORIUM NOSTRUM : Ministri cum Sacerdote se signant, & in Missa solemnī Ministri hinc inde, etiam Ceroferarii depositis prius ut jam dictum est candelabris : stantes prosequuntur ad DEUM QUI LÆTIFICAT, &c.

N. 3. Ministri sub Confiteor, dicunt TIBI PATER, & TE PATER, aliquantulum conversi ad Celebrantem. Celebrans autem dum dicit : VOBIS FRATRES : & VOS FRATRES, non convertit se ad Ministros, etiam ad prædicta verba Sacerdotis : Vobis Fratres : & Vos Fratres Ministri se non erigunt, sed inclinati manent, se autem erigunt ad MISEREATUR TUI, &c. Dum Ministri Confessionem repetunt, iterum inclinant, & manent inclinati usque ad finem.

N. 10. Dum ante Orationem AUFER à NOBIS Sacerdos dicit OREMUS extendit & jungit manus. Ministri nunquam extendunt & jungunt manus, hoc enim est solius Sacerdotis.

TITVLVS IV.

*De Introitu, Kyrieleison : et Gloria in
Excelsis.*

N. 4. **I**N Missa solempni Sacerdos facta Censessione ascendit nulla facta tum
reuerentia, cum Ministris ad medium altaris. Vbi dicto ORA-
MUS TE DOMINE & osculato altari. Ministri non osculantur, neque
tangunt altare, sed suo quisque loco inclinatur.

Ibidem. Ponit incensum & thuribulum. Sacerdos osculato altari
manens in medio se vertit ad cornu Epistolæ, & sinistra manu super al-
tare posita, ter incensum, non nimis contulit ne statim evanescat,
ponit in thuribulum : ministrante Diacono naviculam & Thuriferario
thuribulum. Dextro quasi genuflexo offert Acolythus thuribulum
elevatum & apertum. Diaconus verò accipiens cochlear vacuum
circa partem inferiorem manubrii. Parum inclinatus versus Celebran-
tem dicit BENEDICITE PATER REVERENDE & osculatur cochlear & ma-
num Celebrantis ante & post. Pro quo universaliter

Nota : Quando Diaconus, vel quicumque Minister aliquid dat
Celebranti, ut id quod dat, non tunc osculatur primùm quando jam
dat in manum Celebrantis, vel prope manum illius, sed facta prius in-
clinatione humerorum versus Celebrantem, stans erectus, id quod
dare vult ori suo admovens, osculatur, & tunc porrigit illud, & ma-
num Celebrantis inclinatus osculatur, antequam id, quod dat, dimittat.
Cum verò aliquid à Celebrante accipit, inclinatus manum Ce-
lebrantis osculatur, qui non dimittit id quod tenet, antequam manum
osculatus fuerit, Minister autem illud accipiens, stans erectus illud
quod accepit osculatur & Celebranti se inclinatur.

Ibidem. Celebrans ter incensum ponit in thuribulum, dicens interim
AB ILLO BENEDICARIS. Ita ut præcise ad hoc verbum BENEDICARIS,
producat, manu dextra signum crucis super thus in thuribulo. Postea
Dia-

de Missa solemn.

51

oonus, dimissa navicula accipit thuribulum & dat Celebranti, osculatâ prius catenularum summitate & manu ejus dextra: modo in notabili præcedenti dicto. Qui facta cruci profunda reverentia. Sed quoniam in Provincia nostra non celebrabitur impostero Missa Conventualis nisi in altari majori, in quo ubivis est tabernaculum sanctissimi Sacramenti, unde ut sequitur.

N. 6. Si in altari fuerit tabernaculum sanctissimi Sacramenti, accepto thuribulo antequam incensationem, genu flectit, quod etiam omnes Ministri faciunt unico genu. Deinde crucem rectè & æquali ductu ter incensat nihil dicens, & facta ab omnibus cruci profunda inclinatione, ut habetur n. 5. Si vero fuerint in altari Reliquiæ seu imagines, sculptæ, Sanctorum, incensata cruce, & facta ei reverentia antequam discedat à medio altaris primum incensat eas quæ à dextris sunt id est à parte Evangelii bis ducens thuribulum incipiens semper ab iis, quæ cruci vel tabernaculo sunt proximiores: & facta iterum cruci reverentia profunda ab omnibus inclinatione, incensat similiter bis alias, quæ sunt à sinistris id est à parte Epistolæ. Deinde prosequitur incensationem altaris ut supra n. 4. vide Rubricam ibidem, & facta iterum cruci reverentia, quoniam à medio recedit, incensat altare ter ducens thuribulum æquali distantia, prout distribuuntur candelabra, vel pro ut distribuuntur, si forte non sint sex: à medio usque ad cornu Epistolæ, Thuriferario interim, posita prius navicula super credentiam, ab altari librum removente cum cussino, quem ambabus manibus ante pectus tenens, se retrahit extra cornu Epistolæ ad planum facie versa ad altare, & facta incensatione partis Epistolæ loco suo reponit, quod simili modo facit, quando cornu Evangelii incensabitur post Offertorium.

Ibidem ubi dimissa manu thurificat illius postremam partem inferiorem lateralem, mox Superiorem bis ducto thuribulo, semel ad partem inferiorem, & semel ad partem superiorem. Et conversus ad altare: sed parum lateraliter, elevans manum incensat ejus planitiem seu mensam in parte anteriori prius enim incensata fuit posterior altaris pars in qua sunt candelabra. Ita GAVANTUS. Ter, per debita intervalla ducens thuribulum usque ad medium & 2da vice sub incensatione ante tabernaculum

naulum genuflectitur. à genuflexione surgens, procedendo thurificat aliud latus triplici ductu usque ad cornu Evangelii eo modo quo latus Epistolæ. Deinde manu aliquantulum demissa incensat anteriorem ejus partem seu frontem altaris ter ducens thuribulum usque ad medium. Et propterea vice ab omnibus flectitur. Deinde incensat similiter triplici ductu reliquam partem anteriorem usque ad cornu Epistolæ, ubi reddito thuribulo ipsi Diacono ab eo incensatur triplici ductu. Diaconus ante & post incensationem Sacerdoti se mediocriter inclinatur, Sacerdos verò nullam facit reverentiam Diacono.

N. 7. Diaconus & Subdiaconus hinc inde assistunt Celebranti dum incensat posteriorem Casulæ partem ita elevando, ut commodior fiat incensatio, altera interim manu pectori admota. Et cum transeunt ante crucem semper genuflectunt: textus loquitur tantum de transitu ante crucem sub incensatione, & non de quovis alio transitu accessu vel recessu. Similiter quod habetur Part. I. Tit. 13. n. 4. Diaconus verò genuflectit dum transit ante crucem, de solo transitu sub incensatione & aspersione tumuli intelligendum est. Eritque juxta hunc sensum major cæremoniarum uniformitas, prout hactenus in Provincia nostra observatum fuit si tamen Sacerdos celebret in altari, in quo non est tabernaculum sanctissimi Sacramenti, tum Sacerdos sub incensatione inclinatur, Ministri autem, genuflectunt quotiescunque sub incensatione transeunt ante crucem. Notet autem Sacerdos, ut in actu incensationis decenter se gerat, fiat tractim absque capitis & personæ giratione, cum ducit ac reducit thuribulum, sinistram, qua summitatem catenularum tenet, immobilem ad pectus collocet dextram verò decenter cum thuribulo moveat.

N. 7. Deinde Celebrans Diacono à dextris ejus, in superiori altaris gradu: Subdiacono à dextris Diaconi in gradu sequenti, vel in plano, si non sint plures gradus stantibus in cornu Epistolæ legit Introitum Celebrans solus Introitum legit, Ceroferariis hinc inde, sed sine candelabris, quæ nec sub confessione aut incensatione tenent, assistentibus. Deinde adhuc manens in cornu Epistolæ, legit alternatim cum Ministris KYRIE ELEISON. Et tum si sedere velit, donec Kyrie à Choro absol-

absolvatur, descendit juxta Cæremoniale Romanum per viam breviorē seu per cornu Epistolæ, si sedere nolit vadit ad mediū: Diaconus super 2dum altaris gradum Subdiaconus in plano Capellæ se locat formantes lineam rectam.

Ibid. Cum verò intonat Hymnum GLORIA IN EXCELSIS DEO, ad verbum *Gloria*, Diaconus & Subdiaconus in locis suis profundè inclinant, & Diaconus paululum recedit versus cornu Epistolæ, expectaturus Subdiaconum, qui ad eundem gradum paululum versus cornu Evangelii ascendit: & ad verbum *Deo*, cum Sacerdote caput inclinant, & pari gressu hinc inde ascendunt ad latera Celebrantis, ubi cum eo legunt Hymnum, caputque inclinant ad verba Hymni, ad quæ inclinare se debet Sacerdos, & cum eodem signant se in fine Hymni, quod etiam observandum ad Introitum & ad *Credo*. Finito Hymno facta ad altare profunda inclinatione, revertuntur ad loca sua post Celebrantem, absque nova ibidem reverentia.

Si sub GLORIA sedendum, descendunt ut supra. Sedent autem manibus infra sacras vestes occultatis, faciantque reverentiam per capitis inclinationem ad verba decantata ad quæ inclinandum est. Si sub TRACTU, ALLELUIA: vel CREDO sedent, & in Choro cantentur ad quæ flectendum essit, non flectunt, nisi certis diebus: vide Parte I. tit. 17. n. 3.

Acolythus, nisi circa alia occupatus fuerit, & Versicularii, interim dum alii sedent, flectunt in ultimo altaris gradu. Hymno ferme finito, idem est aliis temporibus dum sedent.

Per planum Capellæ revertuntur ad altare, Subdiacono præcedente, & facta reverentia ante infimum gradum Sacerdos ascendit, reliqui se sistunt locis suis.



TITULUS V.

De Oratione.

N. 5. **D**um dicitur DOMINUS VOBISCU M & Oratio Diaconus & Subdiaconus stant retro post Celebrantem in linea recta, cum Sacerdote se moventes, ad cornu Epistolæ absque præviâ inclinatione dum recedunt de medio, quoniam nec Sacerdos se inclinat. Si folium vertendum sit, Diaconus cruce se inclinat in loco suo, & accedens folium verrit, ministerio peracto, facta iterum ad altare reverentia, statim retro Celebrantem recedit. Si cantandum FLECTAMUS GENUA, vide Parte 1. Tit. 17. n. 3. Hoc adverte ex præsentis Rubrica: *illo Diacono, primum flectente, hoc Subdiacono primum surgente.*

TITULUS VI.

De Epistola, Graduali et aliis usque ad Offertorium.

N. 4. **S**ubdiaconus circa finem ultima orationis, accipit ambabus manibus librum Epistolarum ex credentia, supponens utramque manum, deferens illum supra pectus & facta altari genuflexione in medio super infimum altaris gradum. Hæ genuflexiones specialiter præscribuntur non ratione accessus, recessus vel transitus ante medium ut consideranti patet, sed aliam ob causam, ideo enim ad medium vadit, ut flectat. Vadit ad partem Epistolæ contra altare faciens lineam rectam cum Sacerdote stante in cornu Epistolæ, facie ad altare versa, cantat Epistolam, Acolytho tenente librum, juxta antiquam Provinciæ consuetudinem, nec Rubricæ contrarium determinant. Ibidem quam etiam Celebrans interim submissa voce legit: vide Part. 1. Tit. 16.

N. 3. Po-

N. 3. Postea Celebrans eodem modo quo Epistolam legit Gradu-
ale, Tractum, &c. usque ad MUNDA COR MEUM.

Ibid. *Epistola cantata Subdiaconus* librum clausum portans ante pec-
tus ut supra. *Facit iterum genuflectionem altari in medio.* Deinde li-
brum clausum reponit in credentia. *Ac redit ad Celebrantem & genu-*
flectens utroque genu, quia per moram: *osculatur ejus manum* dextram
quam Sacerdos eidem osculandam offert, sinistra super altare retenta,
& *ab eo benedicitur* Sacerdote se ad Subdiaconum aequaliter vertendo,
& signum crucis super eum efformando, nihil tamen dicendo: *prater-*
quam in Missis defunctorum in quibus nec datur benedictio nec Subdia-
conus osculatur Celebrantis manum. Ad finem Epistolæ Thurife-
rarius, facta prius in plano Capellæ genuflexione, quoniam extra cho-
rum accedit sacristiam ignem præparaturus, ut sub ALLELUJA à Choro
cantato thuribulum exhibere valeat Celebranti, quando ad Evange-
lium thus est adhibendum.

N. 5. *Postea idem Subdiaconus accipit Missale Celebrantis* defert per
planum Capellæ facta in medio inclinatione *ad cornu Evangelii in alta-*
ri & ibi in cornu Evangelii cum Diacono in 2do altaris gradu ministrat
Celebranti. Unde Diaconus & Subdiaconus non debent cum aliis
cantare ALLELUJA nisi hoc ministerio peracto & si cum aliis cantent, ita
tempestivè redeundum est ad altare, ut quæ sequuntur, decenter per-
agi possint, convenientius autem manent ad altare, nisi personarum
paucitas eorum præsentiam pro Alleluja cantando requirat.

Ibid. *Delat per Diaconum libro Evangeliorum*: quem de credentiâ
accipit; & ambabus manibus ante pectus portat, factaque in medio
inclinatione aut genuflexione si Venerabile expositum sit, non ere-
ctum, sed planum, *ponit supra medium altaris à parte Epistolæ.* Deinde
Sacerdos *imponit incensum in thuribulum*: antequam Chorus finiat AL-
LELUJA. Dum Organista illud resumit: *Diaconus genuflexus ante al-*
zare, in superiori gradu, dicit MUNDA COR MEUM. Interim Versicu-
larii candelabra de credentia accipiunt, & se sistunt paululum extra
medium altaris versus cornu Evangelii. *Et accipiens librum Evange-*
liorum de altari petit benedictionem à Celebrante ab eadem parte Epistolæ
genu-

genuflexus utroque genu in suppedaneo versus Celebrantem. Qui conversus ad eum dicit, DOMINUS SIT IN CORDE TUO &c. Et in fine cum dicit IN NOMINE PATRIS & FILII &c. facit super eum signum crucis dextra manu, quam deinde libro appositam deosculandam offert, sinistram infra pectus tenens.

Ibid. *Osculata Sacerdotis manu* Diaconus absque reverentia descendit, & cum pervenerit ante infimum gradum altaris, ad illud conversus, simul cum aliis Ministris debitam facit reverentiam, per inclinationem vel genuflexionem si expositum Venerabile. Deinde, cum *Subdiacono à sinistris* post factam reverentiam ex loco suo ad eum accedente, *precedente Acolytha & duobus Ceroferarijs cum candelis accensis*: vadit ad aquilonem seu cornu Evangelii, ubi se sistens inter gradus altaris & parietem, *versus populum* id est, facie versa ad populum: id enim verba illa, *versus populum*, ubique in Rubricis significant: *Subdiacono librum tenente ante pectus: medio inter duos Acolyths* hinc inde stantes, vultibus ad invicem versis: sic immoti toto tempore Evangelii, ut aliis flectentibus aut inclinantibus non flectant, nec inclinent, *tenentes candelabra accensa dicit DOMINUS VOBISCUM*, junctis manibus.

Si situs hic præscriptus alicubi ob loci constitutionem uti Paderbornæ, servari nequeat: servandus quidem est alius, tamen quantum fieri potest huic conformis. *Cum dicit sequentia, &c.* Diaconus solo pollice dextræ manus, quæ extensa manet, sinistra super librum posita signat eundem in principio Evangelii, deinde infra pectus retracta, dextra similiter extensa solo pollice, frontem, os, & pectus: quod & Sacerdos facit. *Postea ter librum incensat*, hoc est in medio à dextris libri, quæ est sinistra Diaconi, & sinistris, quæ est illius dextra ita tempestive ut finita sit incensatio, postquam Chorus respondit GLORIA TIBI DOMINE, & reddito thuribulo à latere suo dextro, prosequitur Evangelium junctis ante pectus manibus.

Ibid. *Interim Celebrans post datam Diacono benedictionem retrahens se*: statim post datam benedictionem, nisi adhuc pulsetur Organum, alioquin tamdiu se vertit ad altare, *ad cornu Epistolæ*, unico circiter passu à medio

medio recedens. *Ibi stat junctis manibus versus Diaconum, & cum nominatur JESUS caput inclinatur versus altare: Diaconus versus librum, ad alia nomina ad quæ inclinandum etiam Sacerdos versus librum inclinatur: cum verò genuflectendum est, Diaconus versus librum, Sacerdos versus altare genuflectit.*

Ibidem. Finito Evangelio Sacerdos, osculatur librum. Si initium illius in præcedenti folio contineatur, Diaconus folium vertat: à Subdiacono sibi delatum, apertum, qui dum fert librum transiens ante medium altaris, nullam facit cruci reverentiam ut docet GAVANTUS, nisi expositum sit Venerabile Sacramentum, nec Sacerdoti propter reverentiam Evangelii, postquam autem Celebrans librum osculatus, libro clauso, facit primo Celebranti, deinde altari reverentiam, & reponit librum in credentia: & Celebrans à Diacono adhuc stante, ubi Evangelium decantavit facta humerorum inclinatione ante & post: ter incensatur postmodum Diaconus & Subdiaconus vadunt ad secundum altaris gradum.

Ibid. Postea stans in medio altaris versus ad crucem, incipit, si dicendum sit, CREDO stantibus postea hinc inde in secundo altaris gradu Diacono & Subdiacono deinde ad altare prævia inclinatione ad verbum DEUM accedentibus & cum eo prosequentibus ut dictum est ad GLORIA IN EXCELSIS DEO. Cum Celebrans legit ET INCARNATUS EST, &c. ipse & omnes Ministri genuflectunt unico genu: lecto CREDO Diaconus & Subdiaconus sistunt se post Celebrantem in linea recta: & dum Chorus cantat ET INCARNATUS EST, &c. Singuli utroque genuflectunt locis suis. Sacerdos ad altare, Diaconus in 2do gradu, Subdiaconus in plano Capellæ nisi sedeant: vide Part. 1. Tit. 17. n. 3.

Ceroferarii statim finito Evangelio deponunt candelabra super credentiam,

N. 7. Cum verò in Symbolo cantatum fuerit ET INCARNATUS EST, usque ad & ET HOMO FACTUS EST, inclusivè, Diaconus accepta bursa de credentia si sedeat surgit, & facta reverentia Sacerdoti, recta via vadit ad credentiam, ambabus manibus eam defert elevatam ante pectus, cum solitis reverentijs ad medium altaris, hoc est inclinationibus: et si enim

H

ab in-

ab ingressu Sacerdotis usque ad finem Missæ frequentissimè ponatur hæc vox REVERENTIA nullibi tamen amplius quid significat, quam inclinationem : excepto Tit. 2. n. 2. ubi habes : *genuflectens debitam facis reverentiam.* Defert autem bursam per planum Capellæ : *in quo*, medio altaris, *explicat Corporale*, & bursam collocat ad cornu Evangelii : & *revertitur ad Celebrantem*, si adhuc sedeat, descendens facta prius cruci inclinatione per cornu Epistolæ, si Sacerdos non sedet facta inclinatione sistit se post Celebrantem.

TITULUS VII.

De Offertorio et aliis usque ad Canonem.

N. 9. **I**N Missa solemni dicto OREMUS Diaconus & Subdiaconus accedunt ad altare in cornu Epistolæ. Quam primum Sacerdos absolvit DOMINUS VOBISUM Subdiaconus vadat ad credentiam, ut interim dum Chorus respondet, ET CUM SPIRITU TUO, & à Celebrante legitur Offertorium, adjuvantibus Versiculatiis accipiat velum longum ab humeris ejus dependens cum Calice tecto extremitatibus veli ab humeris illius dependentis. Calicem *manu sinistra tenens & alteram manum superponens velo, ne aliquid decidat.* Velum autem parvum Calicis relinquitur in credentia. Ita ut lecto Offertorio sistere se possit in cornu Epistolæ. Si non sit Credo, Subdiaconus simul defert bursam cum Calice, *Comitatus ab Acolytha* eum sequente per viam breviorē ; Dum hæc aguntur à Subdiacono, Diaconus dicto OREMUS accedit ad altare in cornu Epistolæ.

Ibidem. *Ipse Diaconus Calicem detegit*, quam accepit de manu Subdiaconi, & ponit in cornu Epistolæ, si adsint hostiæ consecrandæ, antequam dat patenam Celebranti vel mox post dictum OREMUS eas collocat super Corporale ut de Missa privata Tit. 2. n. 3. dictum est, & *dat patenam cum hostia Celebranti osculando ejus manum.* Interim Sub-
diaconus

diaconus extergit Calicem purificatorio quem accipit Diaconus & manu sinistra per nodum tenens : accepta ampulla vini de manu Subdiaconi ; qui illam acceperat de manu Acolythi , sine osculo ampullæ , Acolythus tamen Subdiacono caput inclinatur , & Subdiaconus Diacono , & generaliter quando inferiores Ministri serviunt superioribus , tunc illis tantum caput inclinatur : imponit vinum in Calice , Subdiaconus interim ampullam aquæ vel parvum cochlear ostendens Celebranti dicit parum inclinatus, BENEDICITE PATER REVERENDE, & postquam Sacerdos fecit signum crucis infundit paululum aquæ in Calicem. Diaconus detersis guttulis à labio Calicis, illum tenens per pedem, ut Celebrans capere possit per nodum , Celebranti dat absque osculo Calicis aut manus : & pedem Calicis tenens , seu , nota particulam disjunctivam brachium dextrum , quod convenientius videtur , Celebrantis cum eo sustentans dicit OFFERIMUS TIBI DOMINE, &c. quem postea facto signo crucis ut in Missis privatis , positum in altari Diaconus palla cooperit.

Ibid. Subdiacono deinde stanti in cornu Epistolæ ponit in dextra manu patenam , ita ut pars interior Subdiaconum respiciat. Quam cooperit extremitate veli ab ejus humero pendentis : qui vadit post Celebrantem ante medium altaris & facta genuflexione. Hæc genuflexio præscribitur à modo ordinatio distincta , nunquam enim Ministri etiam post consecrationem ab altari recedentes flectunt in locis suis , sed ad altare , lege Rubricas attente & videbis. Ibi stat sustinens eam elevatam non ultra oculos. Subdiaconus tenens patenam sub incensatione non se movet loco, quanquam genuflectente Celebrante, etiam ipse flectat, dicitur enim generaliter in Rubricis : Part. I. Tit. 17. n. 4. Ministri semper genuflectunt cum Celebrante, hac tantum facta exceptione, præterquam Subdiaconus tenens librum, ad Evangelium, & Acolythi tenentes candelabra , qui tunc non genuflectunt.

N. 10. Dicto VENI SANCTIFICATOR Celebrans ministrante Diacono naviculam & dicente Benedicite Pater Reverende , ut in principio Missæ, ponit incensum in thuribulum dicens Per intercessionem, &c. ita ut ad verbum BENEDICERE manu dextra producat signum crucis super thuribulum, illoque accepto per manum Diaconi cum solitis reverentiis, nul-

lamque faciens cruci reverentiam incensat oblata, ter ducens thuribulum, æqualiter, super hostiam & calicem simul in modum crucis, & ter circum calicem & hostiam, scilicet bis à dextris ad sinistram: & semel à sinistra ad dextram. Dextram hoc loco & sinistram Celebrantis intellige, Diacono interim pedem calicis tenente manu dextra: dispensans verba in qualibet incensatione ut Rubrica præscribit. Ibid. Deinde facta reverentia, genuflexione ut dictum Tit. 4. ad n. 6. Si in altari fuerit tabernaculum sanctissimi Sacramenti, incensat crucem & reliqua ut in prima incensatione & cum incensatur crux Diaconus amovet calicem: stans ad altare conversus, ambabus manibus eum tenens, & cruce incensata reponit loco suo. Si expositum fuerit Venerabile Sacramentum illud incensat loco crucis, & calix non amovetur à loco suo, quia non est periculum effusionis. Sub incensatione legit DIRIGATUR DOMINE ut in Proprio habetur. Cum reddit thuribulum Diacono dicit ACCENDAT IN NOBIS, &c. & incensatur ab eo duplici ductu si in Choro adsit Prælatus, illo absente triplici, in prima incensatione, & post Evangelium quando Celebrans solus incensatur semper fit triplex ductus.

Ibid. Deinde Diaconus incensat chororum statim postquam incensavit Celebrantem. Fit autem incensatio hoc modo: incensato Sacerdote redit Diaconus ad medium altaris. Ante infimum illius gradû, ubi Acolythus ponit thus in thuribulum, si fuerit necessarium, & facta inclinatione in medio, vadit Diaconus extra presbyterium, & sistit le circiter inter duo prima vel secunda stalla, paululum ad latus, ne tergavertat cruci aut Sacramento, si foret expositum, invitatque Cantores, si super pelliceis induti sint, primo unum, deinde 2dum, eosque duplici ductu alternatim incensat & facta eis inclinatione capitis, accedit ad extrema stalla, quæ non ascendit, sed manens in plano, facta prius reverentia altari, deinde Prælato, eum incensat triplici ductu, & facta iterum Prælato reverentia, si ibidem in stalli inferiori stet frater Laicus aut non Sacerdos, eum quoque absque eo quod faciat illi reverentiam unico ductu incensat, & sic in plano manens prosequitur, primo in superiori, deinde in inferiori stalli stantem incensans, ita ut unico transitu unius lateris incensationem absolvat: postea incensat la-

fat latus aliud : est tamen observandum ex Cæremoniali Episcoporum, quod præsentem cui triplex ductus debetur, nec Celebrans, nec ullus alius triplici ductu incensandus sit. Unde præsentem Patre Provinciali, hic solus incensatur ductu triplici, P. Guardianus. PP. Rdi, si adsint, Celebrans quoque & Ministri parati ductu duplici, alii unico. Si Pater Guardianus in Choro præsideat hic ductu triplici, reliqui ut dictum est, si præsideat P. Vicarius : Celebrans ductu triplici, Ministri parati, & PP. Rdi si adsint duplici, reliqui unico ductu. Ex eodem Cæremoniali observandum, quod si incensandus sit Sacerdos, vel sacris indutus, Diaconus eidem ante & post incensationem vel caput vel humeros pro personarum qualitate inclinet, incensatus vero non facit reverentiam nisi post incensationem : sub ipsa incensatione stat erectus.

Incentratione Chori peracta, Diaconus ad latus altaris, sive Epistolæ, sive Evangelii, prout fuerit secundum latus Chori incensatum, revertitur, & facta altari inclinatione se vertens, duplici ductu incensat Subdiaconum manentem in loco suo. Et Diaconus reddit thuribulum Acolythis, ibique manens junctis ante pectus manibus, ab Acolythis paululum recedente ad oppositum latus duplici ductu incensatur, ante & post incensationem Diacono reverentiam exhibente. Deinde Diaconus facta altari reverentia, vel ad locum suum, vel ad latus Celebrantis prout ratio Officii divini postulaverit, ascendit.

Acolythus se retrahit ad medium presbyterij, seu locum suum ordinarium, cui se Versicularii vertunt & erecti stantes ab eo duplici ductu incensantur : postremo Acolythus prævia inclinatione se vertens, ut non vertat tergum altari, incensat populum tertio, primo in medio, deinde versus latus Epistolæ, quod est populi dextrum, tertio versus aliud latus. Quo facto se iterum vertit, remanetque in loco suo donec fiat consecratio.

Ibid. Celebrans postquam incensatus fuerit, lavat manus ministrantibus Acolythis, primo ampullam aqua cum pelvicula secundo, manutergium, cum inclinatione humerorum ante & post peractum ministerium, & statim ad loca sua revertuntur, & cum Sacerdote ad medium revertente se inclinant.

N. 11. *Cum dicitur Præfatio Diaconus & Subdiaconus stant retro post Celebrantem & paulo antequam dicitur Sanctus eo modo quo ad GLORIA IN EXGELSIS dictum est, simul accedunt ad altare, ubi cum Celebrante pariformiter inclinati & erecti, quod semper etiam omnes alii Ministri faciunt, hinc inde dicunt SANCTUS & que sequuntur usque ad CANONEM: & signante se Sacerdote etiam Diaconus se signat, quod Subdiaconus hic non facit, quoniam dextra patenam tenet: deinde uterque facta inclinatione discedit, Diaconus ad sinistram Celebrantis, Subdiaconus ad locum suum, absque novis ibidem inclinationibus. Si sub Præfatione folium vertendum, Diaconus facit ut dictum est Tit. 5. de ORATIONE.*

Ibid. Nisi alius Sacerdos assistat, quia tunc ipse loco Diaconi assistit à sinistris, Diaconus vero tunc stare ad dextram, aliquantulum post Celebrantem lateraliter, ita ut inter Diaconum & mensam altaris remaneat spatium circiter duorum pedum. Subdiaconus vero tunc stat post Celebrantem, in loco ordinario sive patenam teneat sive non.

TITULUS VIII.

De Canone Missæ usque ad Consecrationem.

N. 8. **I***N Missa solemni ad finem Præfationis accenduntur duo saltem intorticia vel duæ candelæ in stipitibus aut alibi, pro ut in Conventibus commodè fieri poterit, & determinatum fuerit. Ab Acolythis, & post Calicis elevationem extinguuntur. Nisi aliqui sint communicandi & tunc extinguntur post communionem. In Missis solemnibus, pro defunctis tenentur, vel relinquuntur accensæ usque ad communionem. Intorticia autem vel candelæ de quibus hic agitur, sunt distinctæ à candelis, quas Versicularii in ingressu ad altare secum ex Sacristia deferunt, quæ sub Missæ officio nunquam extinguuntur.*

Ibi. Cum autem Celebrans dicit QUAM OBLATIONEM, &c. Diaconus facta inclinatione in loco, unde recedit, accedit ad ejus dextram si adsit pixis

pixis consecrandarum hostiarum, eam aperit & ibi in superiori altaris gradu genuflexus, cum Sacramentum elevatur fimbrias planet. & elevat. & quando opus, se erigens calicem discooperit, & cooperit: non discooperit Calicem, nisi prius Celebrans hostiam post elevationem adoraverit: unde post 2dam adorationem cum Celebrante surgit, & Calicem discooperit: pixidem autem si in ea fuerint hostiæ consecratæ cooperit: & mox iterum genuflectit. Post elevationem Calicis mox ut Celebrans eum deposuit ante secundam adorationem Diaconus surgit, Calicem cooperit, & cum Celebrante genuflectit. Ibid. Subdiaconus genuflectit in loco suo hoc est, inquit GAVANTUS, super infimum altaris gradum, id tamen universaliter intelligi non debet: ordinarie enim non in gradu, sed in plano aut ubi stat, genuflectit, si flectendum. Thuriferarius genuflexus in cornu Epistolæ ter incensat hostiam: hoc est dum Celebrans adorat, elevat, & deponit, eodem modo incensat Calicem: reposito Calice postquam Diaconus cum Sacerdote adoravit, redit ad librum absque genuflexione ibidem; nisi alius assistat. Tunc Diaconus manet ad dexteram Celebrantis: ceteri surgunt, Thuriferarius redit in Sacristiam thuribulum depositurus, & statim rediturus, & stant in locis suis.

Nota hic, quod in sequentibus, Ministris accedentibus ad altare semper præscribatur genuflexio in locis suis seu unde recedunt, nunquam verò ad altare, & econtra ab altari recedentibus genuflexio præscribitur, semper ad altare, & nunquam in locis suis, dum ad ea pervenerint. Vide Rubricas.

TITVLVS IX.

De Canone post Consecrationem usque ad
Orationem Dominicam.

N. 4. **C**um Celebrans dicit PER QUEM HÆC OMNIA, &c. Diaconus facta Sacramento genuflexione accedit ad dextram Celebrantis absque

absque genuflexione ibidem, & quando opus est discooperit Calicem & cum Celebrante adorat, simul cooperit & iterum genuflectit. Rubrica clara est. Cum incipit PATER NOSTER vadit retro post celebrantem facta prius, antequam recedat Sacramento genuflexione, ubi post Celebrantem stat, dum dicitur Oratio Dominica, nisi pro vertendo folio servire deberet ad librum, quod semper observandum, & tum ut jam dictum est, prius flectit in loco suo, ministerio verò peracto, flectit ad altare & mox redit ad locum suum post Celebrantem, absque genuflexione ibidem.

TITULUS X.

De Oratione Dominica et aliis usque ad factam Communionem.

N. 8. **C**UM in Oratione Dominica dicitur ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, Diaconus facta ibidem in loco suo post Celebrantem, genuflexione vadit ad dexteram Celebrantis & Subdiaconus circa finem Orationis Dominicae circiter ad ET NENOS INDUCAS IN TENTATIONEM, facta item genuflexione in loco suo, revertitur ad altare, scilicet ad cornu Epistolæ ad locum in quo patenam accepit. Ubi Diaconus removens velum à patena, illam dextra capit de manu Subdiaconi, & sinistra purificatorio abstergens, statim finita Oratione Dominica porrigit Celebranti, illius manum osculando & non patenam. Et stans erectus, quando opus est discooperit, & cooperit calicem & cum Celebrante adorat, quod & omnes semper faciunt, Subdiaconus reddita patena Diacono, & deposito velo, quod ab humeris ejus pendeat ad manus Ceroferarii, qui illud plicatum ad credentiam reporrat, genuflectit in cornu Epistolæ ubi patenam tradidit, &c. descendit retro post Celebrantem.

Ibid. Et cum dicitur PAX DOMINI iterum genuflectit, Subdiaconus in loco suo, accedit ad sinistram Celebrantis & simul dicunt AGNUS DEI. Ministri quidem cum Celebrante percutiunt pectus, sed manus sinistra

stapeatori admoveatur, & non ponitur super altare. Absoluto AGNUS DEI uterque genuflectit: sed Subdiaconus statim surgens redit post Celebrantem. Diaconus vero à dextris manens, genuflexus expectat pacem, &c. Cum Celebrans osculatur altare, Diaconus se erigens simul osculatur illud extracorporale: & à Celebrante dicente PAX TECUM complexus. Celebrans ponit manus super brachia Diaconi inter humeros & cubitos, & Diaconus ponit manus infra cubitos dantis, quod etiam ab aliis observetur, accipit pacem sinistris genis sibi invicem appropinquantibus non se tangentibus.

Ibid. Postea iterum Sacramento in altari adorato vertit se ad Subdiaconum absque eo quod ante infimum gradum faciat reverentiam, retro post Celebrantem dat ei in loco suo manenti pacem. Quo facto Diaconus & Subdiaconus in infimo altaris gradu, & Acolythus in loco suo flectunt, Diaconus ascendit ad librum sine nova reverentia, Subdiaconus comitatus ab Acolytho vadit ad chorum, & dat pacem imò cuiusque ordinis dignioribus prius, deinde minus dignis, incipiendo à digniore, & tunc consequenter sine delectu, ijs qui sunt ab eodem latere, imò ijs qui sunt in stallis superioribus, postmodum qui sunt in stallis inferioribus ejusdem lateris. Deinde digniori alterius lateris; ad hunc effectum dignior congruenter se sistit, ut occupet inter eos, qui sunt in eodem latere, aliquam extremitatem & non locum medium. Dat autem eo modo, quo Sacerdos dedit Diacono, dante, dicente PAX TECUM, accipiente, ET CUM SPIRITU TUO respondente.

Ibid. Et reversus ad altare facta genuflexione in infimo altaris gradu, Acolythus interim vadit & flectit in loco suo, dat pacem Acolytho. Deinde Subdiaconus facta iterum genuflexione, quoniam adhuc præsens Sacramentum supponitur. Vadit ad dexteram Celebrantis & quando opus est discooperit calicem.

Acolythus dat pacem Ceroferariis in locis suis remanentibus, & se Acolytho paululum vertentibus: genuflectit, dum transit per medium Sacramento adhuc præsentem, alioquin inclinatur, qui pacem dant & recipiunt, stant erecti, & qui dat, inclinatur se postquam dederit, & qui recipit ante & post pro qualitate dantis, & recipientis, vel solum

caput vel etiam humeros inclinat, si dans sit dignior accipiente.

Ibid. *Dum Celebrans se communicat stant Diaconus & Subdiaconus manibus ante pectus junctis, profundè inclinati versus altare.* Incipiendo ab illis verbis DOMINE NON SUM DIGNUS, simul cum Celebrante pectus percutientes, ut ad Agnus Dei dictum est, & Sacerdote se erigente, etiam se erigunt. Si verò non redierit Subdiaconus post sumptam à Celebrante hostiam, Diaconus facta genuflexione accedit ad dextram ipsius, detegit calicem, & facit ea, quæ à Subdiacono juxta Rubricas peragenda essent. Convenienter tamen Sacerdos eam adhibet moram, qua datur Subdiacono tempus redeundi ad altare.

Ibid. *Accipit ampullam vini à Versiculario absque osculo, sed cum scæpedictis, inclinationibus, & infundit quando Celebrans vult purificare, postea reddit Versiculario, qui eas defert ad credentiam.*

APPENDIX

De Communione Fratrum sub Missa solemnè.

1. **P**aululum antequam Sacerdos sumere incipiat pretiosum sanguinem, Fratres communicaturi accedunt ad altare nudis pedibus, exceptis Ministris, qui sacris induti sunt, incedunt omnes incessu gravi & religioso, junctis ante pectus manibus, bini & bini. Et cum primi ad medium præbyterii ante altare pervenerint, ibidem primi & secundi, &c. prout fuerit major vel minor Fratrum numerus paululum subsistant, donec omnes credantur esse in ordine suo, & tunc rectam lineam efformantes omnes uniformiter genuflectunt cum profunda inclinatione.

2. Sumpto pretioso sanguine ipse Celebrans, Diacono remanente ad librum accipit Ciborium ex tabernaculo: si Venerabile Sacramentum expositum fuerit, conveniens erit ut interim dum Communiono distribuitur, Monstrantia, ubi commode fieri poterit, non pateat. Extracto Ciborio & posito super Corporale Diaconus & Subdiaconus

115

nus lateraliter se retrahunt ad supremum gradum altaris, & ibidem facie ad invicem versa flectunt, & profundè inclinati : item Cantores, Ceroferarij & Acolythus in primo altaris gradu : qui sunt in choro, in locis suis genuflectunt, & profundè inclinati, alii Fratres communicaturi junctis manibus super terram incumbentes, omnes simul dicunt CONFITEOR.

Si Sacerdos parvas hostias consecraverit, quæ juxta Tit. 10. n. 6. post sumptionem sacri sanguinis in pixide ponendæ sunt, Diaconus & Subdiaconus tam diu Sacerdoti ad altare assistant, & deinde lateraliter descendant, ad faciendam cum aliis Confessionem ut supra dictum est.

3tio Facta Confessione, Celebrans genuflectit, & surgens retrahit se parum versus cornu Evangelii, ibique stans versus populum manibus junctis dicit MISEREATUR VESTRI, &c. INDULGENTIAM, &c. & manu dextra facit signum crucis super Communicandos, & responso AMEN, omnes se erigunt; Sacerdote interim ad medium altaris redeunte, ubi facta genuflexione accipit Ciborium, & conversus ad Communicandos dicit: ECCE AGNUS DEI, &c. dum hæc dicuntur Communicandi se prosternunt, alii profundè inclinant, ut ad Confiteor factum est: absoluto DOMINE non sum dignus, &c. iterum se erigunt: Diaconus & Subdiaconus, adjuvante Acolytho vel Ceroferario, velum explicant: accedunt Cantores Communicandi cum Diacono & Subdiacono, *sed prius communicet Diaconum & Subdiaconum*: ut habetur Tit. 10. n. 9. post Cantores Thuriferarius medius inter Ceroferarios, & consequenter per ordinem: si autem unus tantum Cantor comunicandus, hic cum Thuriferario ante Ceroferarios communicabit.

4to Servetur autem laudabilis hætenus in Provincia consuetus ordo, ut dum duo communicantur, sequentes duo manibus ante pectus junctis accedunt usque ad infimum altaris gradum, ubi expectant donec alii descendant: descensus verò taliter fiet, accepta Communionē surgunt facie ad se invicem conversa, descenduntque paululum lateraliter, ut ante infimum altaris gradum, bini communicandi sint

medii inter duos Communicatos, ubi omnes quatuor simul flectunt in plano unico genu, bini Communicandi ascendunt, Communicati verò manibus ante pectus junctis devotè revertuntur ad loca sua, & sic consequenter. Si verò Sacerdotes v. g. antequam celebraverint primitias, communicandi sunt, accedant ante Cantores, nisi & ipsi Sacerdotes sint, observanda tamen erit Rubrica modo citata, *sed prius communicet Diaconum & Subdiaconum*, esto illi Sacerdotes non sint; quod item feria 5ta in Cœna Domini observandum erit, quoniam nulli fit exceptio. Sacerdotes habeant stolam de collo pendentem, coloris quantum fieri potest tempori convenientis.

5to. Sacerdos Communionem distribuens facit cum Sacramento signum crucis super pixidem dicens: **CORPUS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI**: & dum sacram Hostiam porrigit, dicit: **CUSTODIAT ANIMAM TUAM IN VITAM ÆTERNAM AMEN.**

6. Omnibus communicatis, & accepto per Ceroferarios velo, quod decenter plicatum ad credentiam reponunt, Sacerdos vertit se ad altare, & non dat benedictionem, sed Ciborium reponit.

7mo. Et si post sumptum sacrum sanguinem Communio juxta Rubricas distribuenda sit, si tamen multi sint communicandi, non autem si solum pauci, Communio differri potest, ut docet GAVANTUS usque ad peractam Missam, & videtur id valde conveniens: etiam convenit, ut sub summo Sacro, quando est Communicantium multitudo, substituatur alius Sacerdos, qui post communionem Cleri à Celebrante factam, eam distribuatur Laicis, aut horum Communio usque ad peractum Sacrum differatur, supposito semper quod sint multi.

8vo. Non facile Sacerdos det Laico partem majoris hostiæ: quod vetuit S. Carolus in Synodo Dicecesan. XI. & experientia patet, quod populus inde aliquando scandalizetur.

9no. Si sub Missa Ciborium purificandum sit, id fiat ante purificationem Calicis, fragmenta diligentissimè colligat & sumat, infundat semel aut bis paululum vini, illudque circumactum sumat, & purificatorio exsiccat.

TITULUS XI.

De Communionem et Orationibus post Communionem dicendis.

N. 3. **P**ost Sacerdotis purificationem, *Diaconus* defert librum *Missalis* ad cornu *Epistolæ*, *Subdiaconus* verò parvum velum quo Calix tegitur, quod *Verficularius* de credentia acceptum ei tradit, cum palla manu dextra, & parvo cochleari, sinistra portans, vadit ad cornu *Evangelij*: taliter: ut uterque simul cruci inclinēt, uterque simul se vertat, *Diaconus* à sinistra ad dexteram suam, *Subdiaconus* à dextra ad sinistram, & simul uterque descendat, *Subdiaconus* usque ad planum *Capellæ*, *Diaconus* vero transeat per primum vel secundum altaris gradum, & neque in medio, neque dum pervenerint respectivè ad cornu *Epistolæ* vel *Evangelij* iterum inclinant: sed *Diaconus* collocato libro in altari, facta inclinatione cruci, vadit retro post *Celebrantem*, *Subdiaconus* vero, in cornu *Evangelij* calicem mundat, aptat cum purificatorio, patena & palla cooperit, plicat corporale, reponit in bursam, & illam ponit super calicem coopertum velo: quem collocat in altari, vel super credentia: postea redit ad locum suum retro post *Diaconum*, ubi manet dum dicuntur *Orationes*. Si plures sint dicendæ, *Diaconus* prævia inclinatione, ascendit, folia vertit, illaque *Celebranti* monstrat. *Dicitis* *Orationibus*, *Diaconus* claudit librum, sic ut pars quæ clauditur, respiciat dexteram cludentis, nisi ex eo legendum sit secundum *Evangelium*, tunc enim *Subdiaconus* transfert librum ad cornu *Evangelij*.

Ibid. *Diaconus*: cum dicit *ITE MISSA EST*, cum *Celebrante* se vertit ad populum, & postquam illud dixerit, redit eodem modo quo *Celebrans*, & una cum eo, adeoque advertat *Celebrans*, ne se vertat ad altare antequam *Diaconus* absolverit *ITE MISSA EST*, nam ipse per *Diaconum* populum alloquitur. *Diaconus* cantando *ITE MISSA EST*,

stet junctis manibus in medio altaris, sicut & Celebrans stat in medio altaris. Si vero Venerabile Sacramentum fuerit expositum, uterque stet parum versus cornu Evangelii ut suo loco dicitur.

Ibid. In Quadragesima dicto per Celebrantem OREMUS pro oratione super populum Diaconus in cornu Epistolæ stans, sine reverentia vertit se ad populum, per latus dextrum, hoc est, movet se à dextro ad sinistrum, ne tergavertat cruci aut Sacramento si foret expositum, & junctis manibus ac demissis ad terram oculis cantat HUMILIATE CAPITA VESTRA DEO. Quo dicto vertit se per eandem viam versus altare à tergo celebrantis, & Celebrans dicit Orationem super populum, qua conclusa cum Ministris vadit ad medium altaris, ibidemque osculato altari & salutato populo facit ut supra.

TITULUS XII.

De Benedictione in fine Missæ, et Evangelio S. Joannis.

N. 7. **I**N Missa solemni Celebrans eadem voce & modo quo in Missis privatis benedicit populo. Ad quam benedictionem Diaconus & Subdiaconus super secundum altaris gradum & à se aliquantulum distantes, inferiores Ministri in locis suis genuflectunt, idem faciunt qui sunt in choro uno genu. Quod si ante se & à tergo circumstantes habeat, puta Clerum retro & populum ante altare, nihilominus tamen semel benedicere debet manu conversa ad eos qui sunt ante altare intentione directa ad omnes. Versicularii recipiunt sua candelabra & hinc inde dum legitur Evangelium assistunt: ad ET VERBUM CARO FACTUM EST: Celebrans versus cornu Evangelii, reliqui etiam qui sunt in choro versus altare genuflectunt.

Lecto Evangelio redeunt ad medium altaris, Diaconus & Subdiaconus in 2do altaris gradu, & facta ab omnibus cruci inclinatione, dum Sacerdos descendit ad 2dum gradum, ipsi facie versus Celebrantem

tem

rem se vertentes, cum eo descendunt ad planum capellæ, & facta coram tabernaculo genuflexione uno genu, ad Sacristiam revertuntur modo, quo venerunt.

Si Cantores fuerint superpelliceis induti, finito Evangelio vadunt ad gradum ante Præbyterium & Ministris ex altari venientibus se adiungunt, & immediatè ante Subdiaconum Sacristiam intrant, cum ad Sacristiam pervenerint, Ministri omnes lateraliter se collocant & primo Celebranti per medium transeunti, deinde cum ipso cruce se inclinant, postmodum Thuriferarius & Versicularii Sacerdotem & alios Ministros in exirendo adjuvant, &c. Petuntque omnes benedictionem. Thuriferarius extinguit candelas, altare mappis ordinariis tegit, libros & alia de credentia ad Sacristiam reportat. Calix si in credentia remanserit, à Subdiacono adhuc alba & manipulo induto ad Sacristiam deferendus est.

TITULUS XIII.

De his quæ omittuntur in Missis pro defunctis.

Quandocumque pro defunctis est Missa solemniter celebranda, altare simpliciter absque Imaginibus, Reliquiis, floribus, aliisque ad ornatum pertinentibus paretur. Credentia sit simplici mappa connecta, & in ea apponuntur omnia ut in alia Missa solemnī, excepto velo oblongo Subdiaconi.

Procedit Sacerdos ad altare ut alias, sed Thuriferarius sine thuribulo, quoniam *non incensatur altare ad introitum*, Ceroferarii, tamen cum candelabris & candelis accensis, quia ab illa Rubrica Tit. 2. n. 5. non fit exceptio, candelabra tamen ut in aliis Missis solemnibus mox in credentia collocant.

Subdiaconus finita Epistola non osculatur manum Celebrantis nec benedicitur. Tamen ante & post cantatam Epistolam in medio flectit. *Diaconus non petit benedictionem nec osculatur manum Celebrantis*: sed collocat

locat librum Evangeliorum super altare, & dicto flexis genibus in medio : MUNDA COR MEUM & resumpto libro, eodem modo, ut in Missa solemnī dictum est, procedit ad cantandum Evangelium, non tenentur luminaria ad Evangelium nec portatur incensum, sed duo tantum Acolythi sine candelabris stant, unus à dextris & alter à sinistris Subdiaconi tenentis librum Evangeliorum ad nomen IESVS se inclinabunt, & quamvis Tit. 6. n. 5. §. *Osculata Sacerdotis manu*, aliter dictum sit : intelligendum est, ex supposito quod luminaria teneant : juxta exceptionem factam Par 1. Rubrica, Tit. 17. n. 4. Acolythus stat post Subdiaconum absque thuribulo, quia *non incensatur liber, nec in fine celebrans* nec defertur liber Evangeliorum osculandus. *Oblata & altare incensantur* ut in aliis Missis ; non fiunt tamen oscula manus Celebrantis aut rei tradendæ per totam Missam. Post incensatum altare *incensatur solus celebrans & non alij*, Diaconus incensato Sacerdote statim tradit thuribulum Thuriferario : Diaconus & Subdiaconus hinc inde in 2do altaris gradu assistunt Celebranti dum incensat, ut in aliis Missis, posteriorem Casulæ partem elevando. Ad manuum abluionem eodem modo ut in aliis Missis ministratur. *Subdiaconus non tenet patenā post celebrantem, sed tempore elevationis Sacramenti genuflexus in cornu Epistole illud incensat* : ut Tit 8. ad numerum 8. de Thuriferario dictū est. Sub Elevatione à Versiculariis tenentur luminaria.

N. 4. *Finita Missa, si faciendā est absolutio*, non dicitur à Choro Psalmus MISERERE sed mox à Cantoribus incipitur LIBERA, nec Sacerdos vadit ad Sacristiam pro Pluviali accipiendo, sed *retrahit se ad cornu Epistole ubi exuitur casula, & deposito manipulo super credentiam, accipit Pluviale nigrum ex Sacristia allatum per Ministrum*, qui servit de vase aquæ benedictæ. Si vero desit pluviale nigrum, maneat in alba & stola, Ministris etiam tunc dalmaticas & manipulos deponentibus : ubi non est credentia, in Sacristia accipiat Pluviale & interim legi poterit Psalmus MISERERE.

Ibid. *Subdiaconus medius inter duos Acolythos cum candelabris accensis defert crucem sicut in Processionibus* ita ut facies Crucifixi versa sit ante Subdiaconum, & tergavertat Subdiacono : idem fiat in aliis Processionibus.

Ibid.

Ibid. *Præcedentibus* immediatè *Celebrantem* duobus alijs *Acolythis*, uno cum *thuribulo* & *navicula incensi*, alio cum vase *aquæ benedictæ* & *asperforio*, sequitur *Celebrans* facta prius altari *reverentia*, & *inclinacione* & *Diaconus* à *sinistris* ejus, *Subdiaconus* sistit se cum *cruce* ad *pedes tumuli* *lecticæ mortuorum* contra altare *medius* inter duos *Acolyths* *luminaria* tenentes, relicto inter ipsos & *tumulum* *sufficienti* spatio, ut *Celebrans* cum *Diacono* transire possit. *Celebrans* verò ex *alia parte* inter altare & *tumulum* aliquantum *versus cornu Epistolæ* ita ut *crucem* *Subdiaconi* respiciat, & *prope eum* alijs duo *Acolyths* *deferentes thuribulum* & *vase aquæ benedictæ*, ita ut *Thuriferarius* sit quasi post *Celebrantem*, alter post *Diaconum*.

Quia tamen ex præscripto *ritualis Romani Presbyteri* cadaver habere debet caput *versus altare*, ideo advertat *Sacerdos* *absolutionem* facturum ut *variet situm* pro ut est *Laicus* vel *Sacerdos*, sistit enim se *Sacerdos* semper contra *crucem* ad *pedes defuncti*, *Subdiaconus* ad caput. *Absente* vero corpore sive *Exequiæ* celebrentur pro *Laico*, sive pro *Sacerdote*, *Celebrans* semper debet esse inter altare & *lecticam mortuorum*.

Ibid. Circa finem *Responsorii LIBERA* *Celebrans* ponit *incensum* in *Thuribulum*, *benedicens* illud *more solito*. Etiam in *Missa* *incensum* benedicit, *ministrante Diacono naviculam*, &c. & finito *KIRIEELEISON*, quod *Cantor* cum primo choro dicit, deinde 2dus chorus *CHRISTEELEISON*: uterque chorus simul *KIRIEELEISON*: incipit *intelligibili voce* *PATER NOSTER*: & *secreto* cum alijs de choro ad se invicem *inclinatis* *prosequendo* *reliqua*. Accipit *asperforium* de manu *Diaconi* absque *osculis* & *facta altari Reverentia*, *inclinacione*, se vertendo à *sinistra* ad *dextram* stat enim aliquantum *versus cornu Epistolæ*. *Diaconus* verò sub finem *LIBERA* quando benedicetur *incensum*, transiens post *Celebrantem* sistit se ad *illius dextram*, *ibique offert thus*, & quoniam *Sacerdotem* comitabitur, debet ipse cum *Sacerdote* facere *Reverentiam altari*, vertendo se à *dextra* ad *sinistram*, ne *tergum* vertat *Sacerdoti*.

Ibid. *Comitante eodem Diacono* à *dextris*, & *tenente simbriam anteriorem*

rem pluuialis circuiens tumulum aspergit illum aqua benedicta, ter : hoc est in principio, medio & fine tumuli, à parte dextra ipsius Celebrantis: & est pars Epistolæ juxta Cæremoniale Colonienſe, in Exequiis autem defuncti Sacerdotis corpore præſente ſiniſtra defuncti erit dextra Celebrantis : & aſperſionem incipiet à ſiniſtris defuncti. Vel ut clarius, tumulum in circuitu ſemper habeat ad dextram, & ter à ſiniſtra : eo quo dictum eſt modo de dextra. Cum tranſit autem crucem, quam tenet Subdiaconus, profundè inclinatur. Diaconus verò genuſſectit. Poſtea cum Sacerdos pervenerit ad priſtinum locum, aliquantum verſus cornu Epistolæ : facta in tranſitu à Celebrante & Diacono altari reverentia, reddit Diacono aſperſorium, & de manu ejuſdem Diaconi accipit thuribulum, & eodem modo quo aſperſerat incenſat. Et rediens ad priſtinum locum cum inclinatione ſpecificata. Diacono tenente librum, junctis manibus. Extra Miſſam ſemper dicuntur Orationes junctis manibus, nam ritus extendendi manus eſt proprius Miſſæ. Dicit :

Verſ. Et ne nos inducas in tentationem,

Reſp. Sed libera nos à malo.

Verſ. à porta inferi

Reſp. Erue Domine animam ejus.

Verſ. Requieſcat in pace,

Reſp. Amen.

Verſ. Domine exaudi orationem meam,

Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Verſ. Dominus vobiscum,

Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

*A*bsolve quaſumus Domine animam Famuli tui N. ab
omni vinculo delictorum, ut in reſurrectionis gloria inter
Sanctor

Sanctos et Electos tuos resuscitatus respiret : Per Christum
Dominum nostrum.

Resp. Amen.

Deinde Celebrans faciens crucem manu dextra super tumulum dicit, vel
cantat, non verò id canunt Cantores :

Vers. Requiem æternam dona ei Domine,

Resp. Et lux perpetua luceat ei.

Et dicto per Cantores REQUIESCANT IN PACE, ubi adverte Cantores
in fine semper canere REQUIESCANT, etsi absolutio fiat pro uno de-
functo, &, *precedente cruce redit cum alijs ad Sacristiam.*

Nota hic ex GAVANTO, quod hæc cæremonia communiter voce-
tur ABSOLUTIO propter Orationem ABSOLVE : unde hanc Oratio-
nem communiter retinendam censet : & si fiat absolutio pro pluri-
bus : dicit Rubrica : *omnia dicuntur in numero plurali*, si fiat pro de-
functa : lege, Absolve quæsumus Domine animam Fa-
mulæ tuæ N. &c. Si pro Sacerdote, vel Episcopo, adde : Ani-
mam Famuli tui N. Sacerdotis, &c. Etiam oratio Missæ,
ut congruit in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum,
aut alia pro diversitate Officii, ex Orationibus diversis pro defun-
ctis desumi poterit.

Quid ulterius in die Commemorationis omnium Fidelium Defun-
ctorum, aut in die depositionis agendum sit : vide Cantorale Colo-
niense.

Dum fit absolutio, si elevetur Sacramentum in aliquo altari, neque
Celebrans, neque Ministri debent genuflectere ne facta interrumpatur
actio.

CÆREMONIALIS
Fratrum Minorum strictioris

Observantiæ Provinciæ Saxoniae
sanctæ Crucis,

PARS III.

DE RUBRICIS PROPRIIS
MISSALIS.

TITULUS I.

De Natali Domini.

Sacerdos quoniam in die Natalis Domini celebrat tres Missas, in prima & secunda Missa non sumat purificationem, sed in tertia Missa tantum, & in prima & 2da Missa abluat digitos in aliquo vase mundo. Ita Rubrica post Missam Vigilæ Nativitatis; in prima igitur & 2da Missa hausto diligentius sanguine de calice, pro ablutione digitorum non infunditur vinum in calicem Missæ, ne vinum ablutionis sit deinde materia consecrationis ut inquit GAVANTUS, & hoc novent Ministri, quandoque enim contingit, quod Sacerdos calicem porrigat pro ablutione eamque inconsideratè sumat. sed abluat digitos in aliquo vase mundo, calicem autem relinquat super corporale, & caveat, ne purifica-

rificatorio extergat, nec purificatorium imponat calici, sed patena, palla & velo coopertum, Subdiaconus deferat ad credentiam, vel relinquatur cum corporali extenso super altare prope tabellam secretarum, ne impediatur incensationem altaris faciendam in Laudibus, ibidemque decenter servatur usque ad 2dam & 3tiam Missam; purificatorium quoque relinquatur prope corporale.

2. Idem observetur in Missis privatis, & Sacerdos post Imam & 2dam Missam junctis manibus, calice relicto in altari revertatur ad Sacristiam. Advertat quoque Sacerdos, ne ad Offertorium infusus vinum calicem purificatorio extergat: Preces tamen quæ in purificatione calicis & digitorum ablutione dici solent, non omittuntur.

TITULUS II.

De Feria 4ta Cinerum.

Sacerdos indutus Pluviali violaceo vel sine Casula cum Ministris similiter, si est sine Dalmaticis si Sacerdos sit sine Pluviali, alioquin violaceis indutus procedit more consueto: Versicularii postquam ad altare pervenerint, mox sua candelabra super credentiam deponunt, ad benedicendum cineres, Diacono & Subdiacono, aliisque Ministris hinc inde lateraliter assistentibus.

Et primo à choro cantatur Antiphona EXAUDI NOS DOMINE, &c. quam Celebrans stans in cornu Epistolæ inter Diaconum & Subdiaconum submissâ voce legit, qua finita eodem modo stans, & non vertens se ad populum dicit DOMINUS VOBISCUM, &c. interim Thuriferarius tempestivè parat thuribulum & vas aquæ benedictæ, finita benedictione, Sacerdos retrahit se ad medium altaris, ibique facie versus populum medius inter Diaconum & Subdiaconum stabit: & dignior Sacerdos ex Clero accedens ad altare ascendens usque ad suppedaneum, imponit cinerem Celebranti non genuflexo sed ut prius stanti, & parum inclinanti. Cineres imponit in formam crucis, & dicit MEMENTO HOMO QUA pulvis

PULVIS Es, &c. *Si vero non adsit alius Sacerdos, ipsemet Celebrans genibus flexis coram altari sibi ipsi cineres imponit in capite nihil dicens.*

Celebrans acceptis per digniorem cineribus, mox ipse Diacono à dextris ejus vas cinerum tenente, eidem digniori, ad unum gradum retrogresso & in suppedaneo flectenti cineres imponit. *Deinde Ministris paratis genibus flexis coram altari dicens, &c.* Diaconus accepturus cineres vas tradit Ceroferario sibi proximiori, illudque acceptis cineribus mox recipit.

Postea veniunt alij, primo Clerus per ordinem deinde populus & genibus flexis ante altare & capite parum inclinato, singulatim recipiunt cineres. Celebrans tamen non debet omnibus de populo ante summum altare cineres distribuere, sed alius Sacerdos extra chorum sæcularibus distribuat. *Completa cinerum impositione Sacerdos, in cornu Epistolæ digitos abluat, deinde dicit DOMINUS VOBISCUM, &c.* postea vadit ad Sacristiam assumpturus casulam, Ministri verò dalmaticas deponunt & serviunt ut in diebus jejuniorum: vide dicta Part. 1. Tit. 19. n. 7.

In Missa canitur **TRACTUS** & ad integrum versum **ADJUVA** Nos, genuflectitur. Part. 1. Tit. 17. n. 1. & 3.

TITULUS III.

De Dominica Passionis et Palmarum.

IN Dominica que de Passione dicitur cooperiantur inquit Cærem. Episc. lib. 2. cap. 20. *antequam Officium inchoetur hoc est ante Vesperas in Sabbato, omnes cruces & imagines Salvatoris per Ecclesiam. Et super altare nulla ponantur imagines Sanctorum.* Feria autem sexta in Parasceve, postquam crux adoranda detecta fuit, etiam omnes aliæ detegi debent.

A Dominica Passionis inclusivè usque ad Sabbatum sanctum exclusivè non dicitur **PSALMUS** **JUDICA** neque **GLORIA PATRI** ad **LAVABO** vel **INTROITUM**. *Nisi in Missa de festo si occurrerit excipe quoque Missas votivas juxta Rubricas Part. 2. Tit. 3. n. 6.*

Post

Post hæc benedicuntur rami : Sacerdos stans in eodem cornu Epistolæ dicit, manibus junctis, ut omnes orationes extra Missam dicuntur in tono orationis ferialis DOMINUS VOBISCUM, &c. sicut & sequentem ibidem Præfationem dicit junctis manibus, assistentibus hinc inde Ministris, non post Celebrantem ut ad alias Præfationes : neque ad SANCTUS se inclinant. Neque in orationibus aliquid addendum vel mutandum, licet benedicantur rami, non Palmæ nec Olivarum rami, quia rami aliarum arborum succedunt palmarum loco, & à populo eo die vocantur Palmæ.

Circa finem quintæ orationis Acolythus accipit vas aquæ benedictæ & Thuribulum & accedit ad Celebrantem prope Diaconum. *Hic Celebrans ponit incensum in thuribulum* more solito & cum consueta benedictione, *deinde ter aspergit* accepto aspersorio de manu Diaconi cum solitis osculis & reverentiis : aspergit autem ter id est in medio, à dextris ramorum & à sinistris eorum : quæ omnia in aliis benedictionibus cum proportione servanda sunt.

Completa benedictione dignior ex Clero accedit ad altare ascendens ad 2dum altaris gradum, quod etiam fit in distributione candelarum, etsi in cinerum impositione aliud dictum sit, ob manifestam disparitatem, quia eos capiti Sacerdotis stantis imponit, quod quandoque decenter non posset fieri si in 2do gradu maneret, & *dat ramum benedictum Celebranti* stanti in medio altaris facie versus populum, Diaconus stat à sinistris Celebrantis, & Subdiaconus à sinistris Diaconi facie item versa ad populum. *Qui non genuflectit nec osculatur manum dantis*, cum osculo tamen rami ab utroque facto. Dignior qui dat ramum Celebranti, idem est de cineribus & candelis : stat in suo habitu sine stola.

Postea Celebrans ut supra stans, *distribuit ramos*, quos Diaconus à sinistris ejus, ramos tantum osculando eidem ministrat, deposito interim suo ramo super altare : Subdiaconus & Acolythus ministrabunt Diacono sine osculis & inclinationibus, quæ hic nimium multiplicarentur. *Primum digniori à quo ipse accepit. Deinde Diacono, &c. omnibus genuflectentibus & ramum ac manum Celebrantis osculantibus exceptis Prælati si adsint.* Sub quibus Guardianos quoque intellige, qui nec genuflectunt.

flectunt, nec manum osculantur, sed solum ramum : flectunt autem alii unico genu in superiori altaris gradu. Si populus est mult^o, poterit alius Sacerdos ramos distribuere : *Postea fit processio* : Videatur Cantorale Coloniense.

Deinde celebratur Missa & rami tenentur in manibus dum cantatur Passio & Evangelium tantum : Celebrans dum legit Passionem in cornu Epistolæ, teneat palmam in manu sinistra, jungendo tamen dextram sinistra quia junctis manibus Passio & Evangelium legi debet, idem & Ministri faciant.

Passio Domini in pulpito cantanda est, quod illa cantata statim iterum amovetur : *non deferuntur luminaria nec incensum*, Acolythus tamen circa finem Passionis adfert thuribulum pro Evangelio mox cantando.

Dum in Passione cantatur EMISIT SPIRITUM vel EXPIRAVIT : universi genuflectunt utroque genu, Celebrans versus altare in loco quo legit Passionem, Diaconus solus versus librum per spatium unius PATER NOSTER.

In fine Passionis Celebrans retrahit se ad medium altaris & Diacono ministrante naviculam imponit incensum, more solito, legit genuflexus MUNDA COR MEUM, &c. ut in Rubrica : & in fine Respondetur LAUS TIBI CHRISTE. *Qua omnia in alijs Passionibus servantur præterquam feria sexta in Parasceve. Quod præterquam, aliud non excludit, quam quod feria sexta expressum est. Non petitur benedictio, nec deferuntur luminaria, neque incensum, & Celebrans in fine non osculatur librum.* De cætero observanda ea, quæ Dominica Palmarum.

TITULUS IV.

De Feria 5ta in Cœna Domini.

Hodie Sacerdos consecrat duas hostias, quarum unam sumit, alteram reservat pro die sequenti in quo non conficitur Sacramentum, hostia illa magna

magna reservanda, sub Offertorio cum alia super patenam posita offertur, deinde ponitur à sinistra Celebrantis.

Ante ablutionem digitorum ponit hostiam reservatam in alio calice : quem Subdiaconus pulcherrimo velo ornatum, cum palla & patena sine purificatorio, tempestivè de credentia acceptum, & ad altare delatum Diacono tradit, qui calicem receptum mox discooperit, & tenet super corporale ante Celebrantem apertum. Qui genu flectit, & surgens hostiam reservatam manu dextra acceptam reverenter ponit in calice. Imposito Sacramento Celebrans iterum genuflectit : & Diaconus calicem palla prius, tum patena inversa, deinde velo cooperit, & postea illum propius versus crucem in medio altaris collocat, ut pixis pro faciendâ Communione accepta commodè ante illum in medio possit collocari : Diaconus postquam præparatus calix, vadit ad cornu Evangelii, & fit Communioni modo quo suo loco dictum est.

Sacerdos autem genuflectit quancumque accedit, vel recedit à medio altaris vel transit ante Sacramentum in calice reservatum, hæc Rubrica non hodie solum, sed quotiescunque celebratur in altari, in quo Sacramentum, sive in Remonstrantia, sive in Ciborio patenter expositum, observanda est.

Et cum dicere debet DOMINUS VOBISCUM, non vertit se ad populum in medio altaris, ne tergavertat Sacramentum, sed à latere Evangelii, adeoque antequam dicit Dominus vobiscum, genuflectit, quia recedit à medio, & iterum postmodum flectit, quia accedit : & in fine ibidem id est à latere Evangelii dat benedictionem, & non perficit circulum neque redeundo iterum ad medium altaris, sed statim se iterum convertendo ad idem latus Evangelii ; & legitur Evangelium S. Joannis in cujus initio Sacerdos non signat altare : quod etiam in Missa coram Venerabili observandum est, ob identitatem rationis quam dat GAVANTUS, in altari non fit signum, quia ibi immediatè adest auctor benedictionum, sed se ipsum tantum. Si legat ex tabella, vel exposito Venerabili esset aliud Evangelium quam S. Joannis, tum tabellam vel librum signat : ad ET VERBUM CARO FACTUM EST : sicuti Evangelium hoc versus cornu Evangelii legit, sic & versus idem cornu flectit ut habetur Part.

2. Tit. 12. n. 1. in fine, nulla enim hic fit exceptio.

Hodie paratur locus aptus in aliqua Capella Ecclesia vel altari, & decenter quo ad fieri potest ornatur cum velis & luminibus ubi calix cum hostia ut supra reservata reponatur. Adhibebunt igitur Sacristæ omnem diligentiam, ut locum illum pulcherrimè ornent, non sunt tamen adhibenda vela aut alia ornamenta nigri coloris.

Finita autem Missa accenduntur intorticia & fit processio, quæ hodie non fit extra Ecclesiam ex Decreto S. rit. Congreg. more solito Acolythis nempe cum candelabris & cereis accensis comitantibus, alio tamen Subdiacono parato, cum dalmatica alba sine manipulo crucem velatam velo albo ferente.

Celebrans finito ultimo Evangelio, se retrahit ad medium & facta genuflexione, descendit per gradus laterales ad cornu Epistolæ, ubi induitur pluviæ alba deposito manipulo, quem etiam Ministri deponunt. Sic indutus, medius inter Ministros sacros accedit ad infimum gradum altaris per planum Presbyterii, factaque genuflexione surgit, & stans ante altare imponit incensum in duobus thuribulis, Acolythis illa ut alias exhibentibus absque benedictione neq; Diaconus ministrans cohlear vel thuribulum coram Venerabili osculatur Celebrantis manum: juxta Cærimon. Episcop.

Deinde ascendit usque ad secundum altaris gradum & in suppedaneo in medio genuflexus, accepto tunc & non ante, thuribulo, incensatè ter Sacramentum facta ante & post humerorum inclinatione.

Post incensationem Subdiaconus velum oblongum sibi ab Acolythis porrectum, imponit super humeros Celebrantis adhuc genuflexi. Interim Diaconus surgit, & absque nova genuflexione accipit calicem cum Sacramento, eumque tradit Celebranti, qui accepto velo oblongo surgit & stans in suppedaneo altaris calicem accipit de manu Diaconi stantis: & quamvis infra dicatur Diaconus genuflexus à Sacerdote stante accipit calicem id tamen ad Sacerdotem, ob majorem illius dignitatem extendi non debet, & indubie Rubrica expressisset: multominus ad omnem Sacramenti expositionem ob multas incongruentias extendendum est.

Accepto

accepto calice & cooperto extremitatibus veli, quo ejus humeri teguntur. Celebrans ambabus manibus, sinistra nodum & dextrâ calici superposita, cum ante se elevatum tenens, ad populum se convertit, & tunc & non prius Cantores genuflexi, sicut & omnes alii, in plano genuflectunt, intonant Hymnum PANGUE LINGUA GLORIOSI, &c. absoluto 2do versu omnes surgunt, ac bini & bini, tenentes candelas ardentes in manibus; ij qui sunt à parte sinistra in manu sinistra, alii in manu dextra, processionaliter procedunt ad locum paratum, Celebrans cum calice non dat benedictionem, neque dum ab altari recedit, nec postmodum in loco parato. *Duobus Acolythis Sacramentum alternatim, thuribula modestè movendo continuo incensantibus.*

Cum autem ventum fuerit ad locum paratum: non iterum Celebrans se vertit ad populum, sed mox Diaconus genuflexus à Sacerdote stante accipit calicem cum Sacramento & ponit illum primo super altare. Sacerdos manet stans, mox enim ut calix super altare positus Diaconus genuflectit, descendit & rursus imponi curat incensum à Celebrante stante, absque benedictione, & à Sacerdote genuflexo incensatur. Deinde Diaconus, reponit in capsula. Si Hymnus necdum finitus omnes manent genuflexi usque ad finem illius, deinde surgunt, ad chorum recta via & sine cantu procedentes ordine quo venerant. Candelæ Fratrum extinguuntur, & à Sacrista vel alio ad hoc deputato recipiuntur.

Postea in choro dicuntur Vesperæ sine cantu, & Sacerdos cum Ministris denudet altaria, ad quod peragendum procedunt Celebrans & Diaconus alba, & violacea stola sine manipulis, Subdiaconus verò sola alba induti, Thuriferario sine thuribulo, & Ceroferariis sine candelabris præcedentibus, ita tamen, ut Celebrans sit in medio, Diaconi à dextris, & Subdiaconi à sinistris. In hac denudatione crux velata, & candelabra in altari relinquuntur.

Hora competenti facto signo cum tabula lignea, prius tamen à Versiculariis lavantur pedes communitatis; conveniunt ad chorum omnes, qui non sunt legitimè impediti ad faciendum mandatum. Et à Fratribus Laicis tempestivè præparetur aqua cum herbis odoriferis, pelves cum mappis pro extergendis & lavandis pedibus, accendantur candelæ in

altari, & pōnatur in eo Missale. In credentia verò liber Evangeliorum, linteum quo præcingi debet Sacerdos ad extergendum pedes: pelvicula cum vase aquæ & manutergio pro ablutione manuum Sacerdotis post absolutam pedum lotionem. Et quoniam credentia est ad latus Epistolæ, lotio pedum convenientius fit ad latus Evangelii, ubi sedes vel scamnum tapete teetum pro lavandis Fratribus, & tres cussini, super quos Sacerdos & Ministri flectere possint, ponantur.

Omnibus præparatis, *Prælatus seu Superior super amictu & alba induitur stola & pluviâ violaceo*, sed absque manipulo, Diaconus & Subdiaconus paramentis albis induuntur & cum manipulis ut in Missa. Deinde præcedente Acolyto cum thuribulo, Ceroferariis cum candelabris accensis, Prælatus medius inter Diaconum & Subdiaconum procedit ad altare.

Ubi facta cruci inclinatione Celebrans ascendit ad alare: *imponit incensum in thuribulo, &c.* Et Diaconus cantat Evangelium, cum omnibus cæremoniis in Missa solemni consuetis.

Celebrans postquam incensatus est à Diacono, exiit pluviâ stans in medio altaris, super quo deponuntur Paramenta, post lotionem denuo reassumenda & post modum *per Diaconum & Subdiaconum*, postquam & illi suas dalmaticas cum manipulis deposuerunt, *præcingitur linteo* adhuc stans superius in loco suo. *& sic præcinctus, assistentibus sibi iisdem Diacono & Subdiacono accedit ad lotionem pedum* in cornu Evangelii *per ordinem dispositis ijs, qui lavandi sunt* incipiendo videlicet à digniorib⁹. Versiculariis & aliis, si necessariū, *pelvim & aquâ ministrantib⁹*, Subdiacono singulorū pedem dextrum tenente paululum elevatum, genuflectens super cussino singulis illorum pedem dextrum, lavat, extergit & osculatur, Diacono à dextris flectente, & præbente linteum ad abstergendum Ministrorum pedes non lavantur, sed ij Sacerdoti inserviunt.

Post lotionem Superior vel qui alijs abluit pedes deposito prius linteo, quo erat præcinctus *lavat manus* ibi ubi pedes abluit, Ceroferario primo ampullam cum aqua ministrante; *& abstergit alio linteo* per alterum Ceroferarium reverenter exhibito. Deinde rediens ad medium altaris, *accipit pluviâ* ab Acolyto, uti & Diaconus & Subdiaconus mani-

manipulos & dalmaticas; deinde se retrahens ad cornu Epistolæ, stans inter Diaconum & Subdiaconum dicit PATER NOSTER, &c. & omnibus finitis redeunt ad Sacrificiam ordine & modo quo venerunt.

TITULUS V.

De Feria sexta in Parasceve.

Finita Nona, Sacerdos & Ministri induti paramentis nigri coloris præcedentibus Acolythis sine luminaribus & incenso procedunt ad altare. Quod erit nudum, cum sex candelabris & candelis extinctis, & cruce velata velo nigro, faciliter amovibili, erit enim eadem quæ postmodum adoranda exponitur, juxta Rubricam sequentem, accipit à Diacono crucem jam in altari præparatam. Credentia simplex erit, cooperta linteo in superiori tantum parte, cum solis ad Officium necessariis, bursa nimirum cum corporali, purificatorio, ampullis vini & aquæ, Missalibus duobus, mappa longa pro altari, velo albo longo pro humeris Sacerdotis ad Venerabile reportandum, & candelabris Acolythorum cum candelis extinctis.

Sacerdos & Ministri cum ad altare pervenerint, ante illud prostrati, aliquam diu orant, positis sub eorum capitibus cussinibus simplicibus non tamen iis qui sunt ad usum Missalis in altari, & gradibus altaris panno nigro instratis: eodem tempore quo Celebrans se prosternit, omnes in choro genuflectunt, interim duo Acolythi unam tobaleam extendunt super altare. tertius, cussinum & Missale unum de credentia sumptum apertum super illud ponit, & cum Sacerdos cum Ministris facta oratione surgit, & ascendit ad altare, etiam omnes de choro surgunt.

Deinde Lector accedit ad legendum prophetiam tono lectionis, & in fine non osculatur manum Celebrantis, neque ab illo accipit benedictionem. Finito Tractu dicitur Passio super nudum pulpitem, quam Celebrans submissa voce legit in cornu Epistolæ: omnia fiunt ut Dominica Palmarum dictum est, præterquam quod Rubrica in fine hodiernæ

Passionis excipit, quamvide & quamvis ad postremam partem, quæ vicem Evangelii tenet, Sacerdos hodie non incensetur, nec librum osculetur; tamen se vertit ad Diaconum partem illam cantantem; *Deinde Sacerdos stans in cornu Epistola incipit absolutè junctis manibus*: ut sequitur & in Rubrica clarissimè est expressum. Circa finem orationum ut-erque Ceroferarius extendit tapetem ante gradus altaris ad cornu Evangelii in plano Capellæ, super tapetem ponunt pulvinum, cui pulvino imponunt velum sericum, longum & album, super quod crux adoranda reclinari debet.

Completis orationibus Sacerdos & Ministri, casulam, dalmaticas & manipulos, adjuvantibus aliis, deponunt & super altare collocant; Sacerdos & Subdiaconus accedunt ad cornu Epistolæ: interim Diaconus procedit ad medium altaris, crucem de eo reverenter accipit & descendens à cornu Epistolæ eam Sacerdoti stanti in posteriori parte anguli altaris: tradit. Tum accepta cruce Celebrans, Ministris post eum stantibus, ille versa facie ad populum à summitate ita ut caput Crucifixi necdum appareat parum discooperit incipiens solus Antiphonam ECCE LIGNUM CRUCIS: ac deinceps in reliquis juvatur in cantu à Ministris usque ad VENITE ADOREMUS. Choro autem cantante Venite Adoremus omnes se prosternunt flectendo utroque genu cum profunda capitis inclinatione. Excepto Celebrante, qui non genuflectit. Cantato Venite adoremus omnes surgunt. Deinde procedit ad anteriorem partem anguli ejusdem cornu Epistola, & discooperiens brachium dextrum & caput crucis elevansque eam, crucem & vocem paulisper altius quam primo incipit ECCE LIGNUM ut supra. Deinde Sacerdos procedit ad medium altaris & discooperiens crucem totaliter & elevans eam, simul & vocem, tertio altius incipit ECCE LIGNUM, &c.

Postea Sacerdos solus portat crucem ambabus manibus ad locum ante altare preparatum & genuflexus ibidem eam locat, sed sine osculo: cruce aptata surgit & cum Ministris omnibus vadit ad latus Epistolæ: ubi depositis calceamentis, in quo juvatur ab Acolythis, uti & Diaconus & Subdiaconus accedit solus ad adorandam crucem, & ter genua flectens antequam eam deosculetur: facta tertia genuflexione inclinat se, & primo

primo osculatur caput sive spineam coronam , 2do vulnus laterale, deinde manum dextram, postea sinistram, ultimo pedes : *hoc facto revertitur & accipit calceamenta & casulam* , Celebrantem immediate sequuntur Prælati si adsint : alioquin Ministri altaris , Diaconus & Subdiaconus singulatim, *deinde alij Clerici & Laici bini & bini, ter genibus flexis* , discalceati & manibus ante pectus junctis ut dictum est. Ut vero sit omnium uniformis actio ex utroq; choro descendat unus : postquam descenderunt, in medio choro simul genuflectunt. 2da vice dum circiter sunt medij inter locum primæ genuflexionis & crucem. Pro 3tia vice ante imaginem Crucifixi , Senior primo se prosternit & osculatur crucem modo quo supra dictum , deinde Junior quo facto simul surgunt & absque alia reverentia junctis manibus ante pectus revertuntur ad loca sua.

Dum sit adoratio crucis cantantur impropria & alia qua sequuntur , vel omnia, vel pars eorum , prout multitudo adorantium vel paucitas requirit. Sacerdos interim dum durat adoratio , poterit sedere vel in cornu Epistolæ stare & legere impropria.

Circa finem adorationis accenduntur candelæ super altare item illæ quæ super credentiam habentur pro Acolythis. Et Diaconus accipiens de credentia bursam corporalium extendit corporale more solito , & juxta illud ponit purificatorium & transfert Missale cum cussino ad cornu Evangelii, &c. Finita adoratione crucem, facta prius illi genuflectione; hoc enim triduo cruci ab omnibus genuflectitur, excepto Officiatore : ex Cærem, Episc. reverenter accipit, & ambabus manibus reportat ad altare , Ceroferariis interea temporis tapetem removementibus.

Postea ordinatur processio ad locum, ubi prius Sacramentum repositum fuerat, præcedit Subdiaconus , alius paratus uti Subdiaconus officij , excepto tamen manipulo , *cum cruce processionali discooperta, inter duas Acolythis deferentes candelabra cum cereis accensis* : duo Acolythis Subdiaconum præcedunt sine incenso in thuribulis, & Clerus per ordinem , *ultimus Sacerdos, &c.*

Cum per ventum fuerit ad locum Sacramenti, accenduntur intorticia, sive candelæ, quæ circa finem adorationis in choro distributæ, & non ex-

tinguuntur, nisi post sumptionem Sacramenti: candelæ autem in altari ardent usque ad Vesperas inclusivè.

Et Sacerdos genuflectit ante Sacramentum, & cum eo omnes. Orat aliquantulum Diaconus interim aperit capsulam. Non solum pro hac die, sed pro omni expositione Venerabilis Sacramenti. NB. Interim: aperta enim capsula vel sacrario non debet ulterius privata oratione Sacerdos sacrarum actionum seriem inerrumpere, ut ex dicto interim & contextu hujus Rubricæ satis patet. Postea Sacerdos surgens. Hoc postea indicat, quod Sacerdos non mox ut ad altare venit à genuflectione surgat, sed postquam capsula, in qua Sacramentum reconditum aperta fuit, & Diaconus prævia genuflexione descendit. Sacerdos surgens, absque benedictione imponit incensum in duobus thuribulis, Diacono naviculam ministrante sine osculis: & genuflexus incensat Sacramentum, & statim imponitur ejus humeris velum album per Subdiaconum, tunc Diaconus absque prævia genuflexione, extrahens calicem cum Sacramento de capsula, dat ad manus Sacerdotis, stantis, & tegit extremitatibus veli, quod humeros illius circumdat. Tum Sacerdos se vertit ad populum, & cantores intonant Hymnum VEXILLA REGIS PRODEUNT, & absolutis tribus versibus, quia hi versus breviores sunt, hesternis in PANGUE LINGUA, & absque benedictione datâ procedunt ordine quo venerunt.

Cum venerit Sacerdos ad altare, chorus flectit in plano, & Hymnum prosequitur usque ad finem, deinde ascendit ad stalla: & Acolythi deponunt candelabra super credentiam. Sacerdos verò pergit in cæremoniis hic præscriptis: posito super illud, altare, calice, hoc est, ut pridie, cum ministerio Diaconi, nam Diaconus in suppedaneo altaris genuflexus accipit calicem de manu Sacerdotis stantis, & surgens deponit super altare: Sacerdos tradito calice in medio lateraliter descendit, & genuflectit in suppedaneo, Diaconus reposito calice, genuflectit, & descendit ad 2dum gradum, ubi iterum genuflectit, quoniam Sacerdos genuflexus rursus incensat: Si vero incensum in thuribulum imponendum foret, specificata hic genuflexio tam Sacerdotis, quam Diaconi differenda foret usque dum incensum positum.

Et accedens absque nova genuflexione, deponit hostiam, amoto prius
per

per Diaconum parvo velo à calice, quod per Cerofetarium portatur ad credentiam, ex calice super patenam. In hac depositione Sacerdos advertat, ne ullo modo hostiam tangat, si tamen tetigerit, digitos in vase ad hoc deputato abluat; quam Diaconus tenet & accipiens patenam de manu Diaconi hostiam sacram ponit super corporale nihil dicens, neque signum crucis, ut alias, faciens cum patena aut calice, patenam non subtus, sed super corporale ob reverentiam sacrarum specierum patenæ forsan adhærentium collocat.

Interim Diaconus hostia super corporale posita accipit calicem, quem sinistra tenet extra corporale ad nodum ejus, imponit vinum in calicem absque absterfione calicis ante & post infusionem, & Subdiaconus aquam, quam Sacerdos non benedicit, nec dicit super eam orationem consuetam, sed accipiens calicem à Diacono, qui nec illum, nec manum Celebrantis osculatur, ponit super altare nihil dicens & Diaconus illum cooperit palla, & Subdiaconus facta genuflexione in loco unde recedit, redit ad sinistram Celebrantis: qui post depositam sacram hostiam cum iisdem Cæremoniis, à sinistris Sacerdotis, venerat ad ejus dextram seu cornu Epistolæ.

Deinde Sacerdos ministrante Diacono, ponit incensum in thuribulo absque benedictione, & incensat oblata, absque prævia genuflexione, & altare more solito, genuflectens ante & post, & quodcumque transit ante Sacramentum vel accedit aut recedit à medio altaris: ipse autem Sacerdos postea non incensatur, postea aliquantulum extra altare in cornu Epistolæ lavat manus nihil dicens. Omnino extra altare descendens, facie ad populum versa ut docet GAVANT. cavendum verò ne descendendo terga vertat Sacramento. Deinde in medio altaris inclinatus, prævia genuflexione dum revertitur ad medium, junctis manibus dicit IN SPIRITU HUMILITATIS.

Deinde versus ad populum in cornu Evangelij prævia genuflexione. Quia recedit à medio dicit more solito ORATE FRATRES, & per eandem viam revertitur & genuflectit, quia accedit ad medium.

Celebrans facta reverentia usq; ad terram supponit patenam Sacramento, quod in dextra accipiens elevat, ut videri possit à populo, non elevatur

M

patena,

patena, quam tenet manu sinistra posita super altare, sola vero dextra elevat Sacramentum quod non incensatur, datur tamen ad elevationem signum, ut populus debite adoret, & statim supra calicem dividit non reponens prius in corporali, in tres partes. Diaconus cooperit & discooperit calicem. *Quarum ultimam mittit in calicem more solito, tamen sine signo crucis: quod decrevit S. Rit. Congreg. die 28 Augusti 1627. & licet hic dicatur more solito: tamen hoc verbum tantum cadit super ea, quæ hic secundum morem solitum expressa sunt, & non super ea, quæ etsi more solito in aliis Missis fiant, hic tamen non exprimuntur: unde docet GAVANTUS quidquid de consueta Missa hoc loco omittitur, prorsus omittendum esse. PAX DOMINI non dicitur, nec AGNUS DEI nec pacis osculum datur: sed postquam particulam sacræ hostiæ, misit in calicem, genuflectit: & prætermissis duabus primis Orationibus dicit tantum sequentem: PERCEPTIO CORPORIS TUI, &c.*

Tum genuflectit & accipit patenam cum corpore Christi: duas etenim partes hostiæ posuit super patenam ut in aliis Missis. Et maxima humilitate & reverentia dicit: PANEM CÆLESTEM, &c. dicit DOMINE NON SUM DIGNUS, & reliqua facit ut de sumptione Corporis Domini Missale præscribit.

Deinde omissis omnibus, quæ dici solent ante sumptionem sanguinis, Diacono calicem discooperiente & cum Celebrante genuflectente: immediate particulam hostiæ cum vino reverenter sumit de calice, cum quo se non signat. Præmissa collectione ex corporali, & absterfione particularum ex patena, ut in Missa, & more solito facta ablutio non calicis, sed digitorum duntaxat in calice, & sumpta hac unica purificatione in medio altaris inclinatus junctis manibus dicit: QUOD ORE SUMP SIMUS DOMINE, &c. & tunc extinguuntur intorticia, seu candelæ Fratrum ut supra dictum est.

Et Subdiaconus plicato corporali & in bursam reposito, reportat calicem ad credentiam; adeoque Sacerdos tantisper in altari expectet, Diaconus claudit librum à parte Evangelii, ad quam se retraxit dum Sacerdos incipit orationem: PERCEPTIO CORPORIS, &c. Subdiacono

diacono ad dextram Celebrantis se sistente, ut ampullas pro ablutione ministraret.

Non dicitur CORPUS TUUM DOMINE, nec POST COMMUNIO, &c. sed facta reverentia altari Sacerdos cum Ministris discedit, eo modo quo venerat, adeoque Ceroferarii relictis in credentia candelabris procedunt manibus junctis ad Sacristiam, & dicuntur Vesperæ sine cantu, & denudatur altare, ab Acolycho.

Appendix Ima.

De Expositione Venerabilis Sacramenti.

Desideratur hic Titulus in Rubricis, unde ex Officio Feriæ 5. in Cœna Domini, & Feriæ 6. in Parasceve, scriptores plerumque desumunt ritum in præsentibus observandum, potissimum verò quod hic considerandum venit, sunt genuflexiones, in quibus magna notatur difformitas, ad quas uniformiter regulandas operæ pretium videtur, præmittere quasdam generales regulas, quas Rubrica vel in terminis habet vel ex iis colliguntur & inferuntur, quibus se omnes conformabunt donec Sacra Rit. Cong. aliud forsan declaraverit.

Ima. Sacerdos autem genuflectit, quodcumque accedit vel recedit à medio altaris, vel transit ante Sacramentum. Ita habet Rubrica in Officio Feriæ V. in Cœna Domini. Circa hanc Rubricam nota verbum SACERDOS, propter regulam sequentem.

2da. Diaconus & Subdiaconus ad altare in quo expositum est Sacramentum Sacerdoti à latere assistentes, & transeuntes ab uno ad aliud ejus latus non flectunt in medio, sed tantum in latere à quo recedunt. Colligitur ex Rubricis Parte 2da, tit. 8. 9. & 10. ubi post consecrationem Diacono transeunti de uno latere ad aliud præscribitur genuflexio in loco, à quo recedit, non in medio nec in latere ad quod accedit, & ratio videtur: quod alioquin genuflexiones inconvenienter multiplicarentur.

3tia. In una eademque sacrarum actionum serie, ut in Missa, aut Venerabilis Sacramenti expositione vel repositione, post genuflexionem factam, non iterum eidem flectitur, nisi inter primam & 2dam genuflexionem intercesserit aliqua sacra actio. Ratio est, quia ubi vis in Rubrica inter unam & aliam genuflexionem, quæ Sacramento fit, præscribitur aliqua sacra actio media. Dixi primo in eadem sacrarum actionum serie: si enim exponens Venerabile Sacramentum, deinde ibidem celebraturus sit, hic, postquam Sacramentum data benedictione in suppedaneo genuflexus incensavit, iterum in primo altaris gradu antequam Missam incipiat, utroque genu flectit, quia Missa est nova sacrarum actionum series distincta ab expositione Venerabilis Sacramenti. Dixi 2do, post genuflexionem Sacramento factam, potest etenim contingere, quod immediate post genuflexionem iterum flectendum ob alias causas, v. g. Sacerdos quædam legit in Symbolo, aut alias, ad quæ, dum ea legit, flectit, iterumque mox flectendum dum eadem cantantur in choro, item Diaconus genuflexus legit MUNDA COR MEUM, & à genuflexione surgens, mox iterum genuflexus à Celebrante benedictionem petit, &c.

4ta. Sacerdos quotiescunque Sacramentum contrectabit, & immediatè postquam contrectavit, semper genuflectit. Ita ex Rubricis de Missa post consecrationem: & Officio Feriæ 5, in Cœna Domini, & Feriæ 6tæ Parasceves, satis colligitur.

Advertendum tamen si ante & post contrectationem Sacramenti illud genuflexus incensat, quod tum per illam incensationem Sacramentum adoret, nec alia genuflexio præmitti, aut incensationem immediate subsequi debet. His præ notatis.

1. Sacerdos expositurus Venerabile Sacramentum, & Ministri venientes ad altare, Thuriferario sistente se in medio Presbyterii post Officiatorem omnes genuflectunt in primo altaris gradu, Thuriferarius in loco suo. Surgit Diaconus aliis manentibus genuflexis, ascendit ad altare & absque prævia genuflexione, quia immediatè à genuflexione surrexit, aperit tabernaculum, & debito loco Remonstrantiam collocat. *Interim Sacerdos paululum orat*, ut in Officio Parasceves dictum

ctum est. Aperto tabernaculo & Remonstrantia debite collocata, Diaconus flectit, & descendit ad planum, nec ibidem iterum flectit ob rationem datam, sed mox Officiatori ministrat thus, quod Officiator surgens & stans ponit in thuribulum, pro quo notandum generaliter, quod si incensandum sit solum Sacramentum nunquam benedicatur thus, neque Acolythus aut Diaconus exhibens cochlear aut thuribulum, osculetur cochlear, thuribulum aut manum Officiatoris, nam loquitur Carem. Episc. l. 2. cap. 33. absque osculis cochlearis & manus incensum ministrant.

2. Imposito incenso Sacerdos & Diaconus ascendunt Sacerdos ad 2dum, vel 3tium (pro ut plures sunt) altaris gradum & flectit super suppedaneum, Diacono flectente in gradu ante suppedaneum; & incensat Sacramentum: facta incensatione Diaconus adhuc genuflexus recipit thuribulum, illudque reddit Acolytho, & absque novagenoflexione accipit Sacramentum, quo accepto surgit Sacerdos, nec ipse denuo flectit, sed Venerabile accipit de manibus Diaconi. Tunc, & non ante, Cantores, qui semper erunt superpelliceis induti, etsi solum foret semiduplex, in medio genuflexi intonant Hymnum. Omnes genuflexi benedicuntur, dum Cantores incipiunt, tunc qui sunt in choro osculantur terram, & se erigentes prosequuntur. Cantores postquam initium Versus ab iis decantatum humeros inclinant; sub ipsa benedictione omnes genuflexi humeros inclinant, sed Versu absoluto, exceptis ministris paratis, omnes osculantur terram.

3. Sacerdos data benedictione non perficit circulum, sed in loco in quo accepit, reddit Diacono, qui recepturus Venerabile non genuflectit, quoniam immediatè à genuflexione surgit: sed Sacerdos circulum perficiet, dum absque ministerio Diaconi dat benedictionem.

4. Sacerdos reddito Sacramento, statim lateraliter, manens tamen in medio, descendit ad gradum ante suppedaneum & super suppedaneum genuflexus, à Diacono, qui post Remonstrantiam repositam, genuflectit, & descendit ad gradum 2dum; thuribulum accipit: dato thuribulo mox Diaconus flectit, & facta ante & post profunda humerorum inclinatione, quod semper observandum quando Venerabile

bile incensat. Hæ & non plures genuflexiones colliguntur ex Rubricis, & quæ dicta sunt de expositione, eadem observanda sunt in repositione. Si expositioni subjungitur sacrum post incensationem Sacerdos & Diaconus descendunt, & à genuflexione, ut infra dicitur Missam incipiunt.

5. Sine Acolytha, duobus Ceroferariis, Cantoribus superpelliceis indutis, & aliis ad minus duobus, dum fieri potest cum intorticeis nunquam exponetur Sacramentum.

6. Quod si Sacramentum extra divinum Officium aut Missæ sacrificium, maneat patenter expositum, duo ante illud superpelliceis induti genuflexi semper orabunt, id si in parvis Conventibus quandoque fieri non posset, ea tamen semper adhibenda cautela, ut aliqui adsint, qui devotè adorent, alioquin Sacramentum non relinquetur expositum.

7. Sub ipsa benedictione Thuriferarius Sacramentum continuo incensabit. Ex dictis facile colligitur, quid facere debeat Sacerdos, dum solus absque Diacono est Sacramentum expositurus.

8. Secundum varietatem temporis versus cantandus variari potest: in Nativitate Domini, festis B. M. V. eorumque Octavis *Memento rerum Conditor*. In Epiphania, *Ibant Magi*. In Paschate, *O vera cæli victima*. In Ascensione Domini, *Te cogat indulgentia*. In Pentecoste, *Accende lumen sensibus*. In festo sanctissimæ Trinitatis, *O quam suavis est*. In festo Corporis Christi, *Tantum ergo*. Qui Versus ordinariè per annum cantatur, in festo Circumcisionis si Venerabile exponendum, & in festo sanctissimi Nominis Jesu: *Jesu dulcis memoria*. In processione cum Venerabili Sacramento, *O sacrum Convivium*. In impositione canitur ordinariè ultimus Versus Hymni illius de quo Versus sumptus est in expositione; si Versus ille non sit desumptus ex aliquo Hymno, tunc cantetur *Genitori*, vel ut fit in multis locis, *Defensor noster aspice*.

Ap-

Appendix 2da.

De solempni Missa in Altari, in quo expositum est Sacramentum.

1. **I**N accessu Officiator cum Ministris genuflectit utroque genu in infimo altaris gradu, cum humerorum inclinatione, quod semper observandum, quoties primò acceditur ad altare vel ab eo receditur, in quo est Sacramentum expositum. Si non sit expositum, sed exponendum, observanda ea quæ de expositione dicta sunt. Facta hac reverentia absque alia, postquam à genuflexione surrexit, incipit Confessionem.

2. Facta Confessione cum Ministris ascendit ad altare, genuflectit, deinde Celebrans dicit *ORAMUS TE DOMINE*, &c. ut alias post osculum altaris non flectit: sed more solito imponit & benedicit incensum. Ita Cæremoniale Episc. eo quod præter Sacramentum thurificetur Celebrans & altare. In Missis privatis post altaris osculum genuflectit, quia à medio recessurus.

3. Post benedictionem thuris, Celebrans sine genuflexione prævia, lateraliter in medio manens, nam etsi tergum, nullibi tamen latus Sacramento vertere, Rubricæ prohibent, descendit ad gradum ante suppedaneum ut commodius incensare possit, & super illud genuflexus accepto thuribulo incensat ter Venerabile Sacramentum inclinans humeros ante incensationem; humerorum autem inclinatio, quæ ordinariè fit post incensationem, hic, quia incensaturus est Reliquias, decentius & convenientius ad Rubricas differtur, usque dum ascendit: & tunc, facta ei, Sacramento, reverentia, per humerosum inclinationem, primum incensat Reliquias, quæ à dextris sunt, & iterum facta reverentia incensat eas quæ sunt à parte Epistolæ, quibus incensatis prosequitur more solito, prius genuflectendo secundum citatam Rubri-

Rubicam, *Sacerdos autem genuflectit, quodcumque accedit vel recedit à medio altaris vel transit ante Sacramentum.*

4. Cum incensandus est Celebrans, reddito thuribulo in cornu Epistolæ ut mos est, descendit, & sistit se apud idem cornu, facie versa ad populum, advertens ne dum movet se, terga vertat Sacramento, & ibi à Diacono e contra stante in plano Capellæ incensatur, quod etiam observandum in altera incensatione ad Offertorium; & ibidem lavabit manus, eadem enim est ratio excundi extra altare tam pro incensatione, quam pro ablutione manuum Celebrantis: & utrumque servatur in urbe; omnia sunt verba GAVANTI. In Missis privatis non est necesse quod extra altare descendat.

5. Ante incensationem oblatores non genuflectit, sed illis more solito incensatis sine prævia genuflexione descendit, & omnia facit ut in priori incensatione dictum est. Diaconus tunc non movet à medio calicem, quia nullum est periculum effusionis.

6. Dum dicit DOMINUS VOBISCUM vel ORATE FRATRES, non perficit circulum, sed ante & post genuflectit, quia totaliter recedit à medio, & iterum ad medium redit, mediatque inter primam & 2dam genuflexionem sacra actio, salutatio scilicet populi: & habetur in Officio Parasceves. Idem fit, dum dicitur ITE MISSA EST. In benedictione populo danda, dicto OMNIPOTENS DEUS, genuflectit, & à medio recedens benedicit, non perficit circulum, nec redit ad medium, sed in eodem latere, ita ut tergum non vertat Sacramento, mox conversus dicit DOMINUS VOBISCUM, non signat altare sed tantum se ipsum, si legat ex libro, illum signat. Evangelium S. Joannis legitur more solito, & ad ET VERBUM CARO FACTUM EST, flectit versus cornu Evangelii, nulla etenim in Officio Feriæ V. in Cœna Domini fit exceptio ab hac Rubrica Part. 2. tit. 12. n. 1. *Cum dicit ET VERBUM CARO FACTUM EST, genuflectit versus cornu Evangelij.*

7. Si post Missam reponendum sit Sacramentum aut danda benedictio: Sacerdos finito Evangelio reversus ad medium genuflectit, ibique in medio stans imponit incensum absque benedictione; deinde descendit, & omnia facit, ut dictum est. Post ultimam incensationem

nem

nem manet in suppedaneo genuflexus, usque dum Diaconus Sacramentum reposuit, qui, deinde cum Sacerdote descendit, reliquis omnibus manentibus adhuc genuflexis, & cum venerint ante infimum altaris gradum ad altare conversi, genuflectunt utroque genu, ut aliis adhuc utroque genu flectentibus se accomodent, & absque humerorum inclinatione; si vero Sacramentum relinqueretur expositum, post humerorum inclinationem surgentes, revertuntur ad Sacristiam.

TITULUS VI.

De Missa et aliis in Sabbatho Sancto.

1. **H**ora competenti cooperiuntur altaria: convenit majus altare vestiti duplici pallio violaceo nimirum super album, ita ut circa finem Litaniarum cito removeri possit violaceum. Et dicuntur hora candelis altaris extinctis usque ad principium Missæ interim, dum parvæ horæ leguntur, excutitur ignis de lapide foris Ecclesiam, & ex eo accenduntur carbones id fit per Fratrem Dispensatorem, antequam Officiator cum Ministris accedat.

2. *Dicta* grana Officiat. cū Ministr. (in par. viol. absq; manip.) & Clero proces. vadit ad ben. ignem: præced. 3 Acol. unº defert pelviculã cum 5 granis incensi, alter thurib. sine igne: 3tiº aquã bened. (qui in reditu vadit propè Diac. cum candela de igne bened. accensa) seq. Subdiac. cum †: hanc Clerus, post hunc Officiator cum Diacono à sinistris qui accedens ante portam Ecclesie, si commodè potest, vel in ipso aditu Ecclesie benedicit novum ignem, antiquo prius per totam Ecclesiam extincto, dicit DOMINUS VOBISCUM, &c. ut in Missali præscribitur.

3. Deinde benedicit quinque grana incensi ponenda in cereo dicens absolute, sine prævio OREMUS: hanc orationem VENIAT QUÆSUMUS: dum benedicit grana incensi Acolythus assumens de carbonibus benedictis ponit in thuribulo, & finita oratione prædicta Sacerdos de navicula à Diacono de more & cum osculis ministrato cochleari ponit incensum in thuribulo benedicens

nedicens illud more solito, &c. Interim omnia luminaria Ecclesie extinguuntur, ut de igne benedicto postmodum accendantur.

4. Tum Diaconus adjuvante aliquo Acolytho non occupato, depositis super mensam ad hoc paratam omnibus paramentis violaceis, indutus dalmatica, manipulo & stola albi coloris accipit arundinem cum tribus candelis, & ordinatur processio: praeceedit Thuriferarius cum Acolytho deferente in vase quinque grana incensi, sequitur Subdiaconus indutus violaceis cum cruce & Clerus per ordinem, deinde Diaconus cum arundine, ad cuius sinistram vadit Acolythus cum candela accensa de novo igne, post eum Celebrans.

5. Cum Diaconus ingressus est Ecclesiam inclinat arundinem sed non antequam Celebrans etiam ingressus sit, ut hic quoque flectat in Ecclesia, & Acolythus deferens candelam accensam de novo igne, accendit unam ex illis tribus candelis, &c. Tertio procedit ante altare, ubi accenditur tertia candela & rursus genuflexus ut prius adhuc altius dicit LUMEN CHRISTI, hæc ita ordinentur, ut pro tertia vice Subdiaconus medius inter Acolythum ferentem quinque grana & Thuriferarium, stet ante primum altaris gradum, et sic per ordinem.

6. Deinde Celebrans ascendit ad altare in cornu Epistolæ, & Diaconus dat arundinem uni Acolytho, illi scilicet, qui candelam detulit, quam propterea deponit, & accipiens librum ante præparatum in credentia cum aliis requisitis ad Missam, petit à Celebrante benedictionem, ut sit ad Evangelium Sacerdote dicente DOMINUS SIT, &c. sed Diaconus non præmittit MUNDA COR MEUM, osculatur tamen manum Celebrantis post datam ab eo benedictionem.

7. Postea vadit ad pulpitum vestitum veste alba, collocatum in loco ubi cantari solet Evangelium, & ponit super eo librum & incensat, non signat librum neque se ipsum. A dextris Diaconi stent Subdiaconus cum cruce & Thuriferarius, à sinistris Diaconi duo Acolythi, ille qui tenet arundinem, & alius tenens in vase quinque grana incensi benedicti figenda in cereo, oēs vertunt faciem ad se invicem, prout faciunt dum cantatur Evangelium, sic ut Subdiac. stet à dextris Thuriferarii, & qui tenet arundinem à sinistris alterius Acolythi tenentis vas cum granis. His ita dispositis Thuriferarius tradit thurib. Diacono ut librum incenset: tunc

surgentibus omnibus & stantibus ut sit ad Evangelium, manibus junctis, Diaconus cantat EXULTET. Dum infigenda quinque grana incensi benedicti, primum in superiori, alterum in medio, tertium in inferiori loco, quartum in dextra cerei, quintum in sinistra per modum crucis infigit.

8. Quo facto revertitur ad pulpitem, & post illa verba RUTILANS IGNIS ACCENDIT, Diaconus accendit cereum cum una ex tribus candelis, & non cum alia, ut quidam volunt, in arundine positis. Postmodum profequitur cantum, & iis verbis, APIS MATER EDUXIT, decantatis, accenduntur lampades, illa quæ est in choro ab ipso Diacono, nisi chorus esset retro summum altare, si aliæ accendendæ, fiat ab aliis, idque sumpto lumine à cereo ipso vel à candelis arundinis. In fine benedictionis, si sedes Papalis, Episcopalis, vel Imperatoria vacaverit, omititur, quod vacat.

9. Circa finem benedictionis Thuriferarius vadit ad Sacristiam delaturus paramenta, quæ sunt à Celebrante & Diacono assumenda: completa benedictione cerei Diaconus primo claudit librum, & in cornu Evangelii, depositis albis, quæ unus Ceroferariorum accipit, sumit violacea paramenta, & vadit ad Celebrantem in cornu Epistolæ, ubi deposito pluviæ, adjuvante Thuriferario, sumit manipulum & casulam violacei coloris. Postea leguntur Prophetiæ. Circa quas observandum, si legatur FLECTAMUS GENIA, Lector ibi, ubi legit, flectat, nec inde recedat, nisi dicto LEVATE.

10. Vbi non est fons baptismalis, finita ultima Prophetia cum sua oratione, Celebrans casulam deponit, & Diaconus & Subdiaconus dalmaticas, & Celebrans cum Ministris ante altare procumbit suppositis eorum capitibus cussinibus, Ceroferarii, & Thuriferarius etiam cum Celebrante procumbunt. Et alijs omnibus qui sunt de choro, genuflexis cantantur Litanie in medio chori à duobus Cantoribus utroque choro idem simul respondente: cum autem per ventum fuerit ad Versum PECCATORES, &c. Sacerdos & Ministri surgunt & accedentes ad Sacristiam induuntur paramentis albicoloris: & interim ab Acolyto accenduntur luminaria in altari, & removetur pallium violaceum. In fine Litaniarum quando à Choro dictum

dictum est CHRISTE EXAUDI NOS : Cantores superpelliceis, etiam sub Litanis, induti solemniter incipiunt KYRIE ELEISON.

Facta confessione & incensatione Sacerdos in cornu Epistolæ dicit cum Ministris KYRIE ELEISON uti in aliis Missis.

Finitis à choro *Kyrie* solemn. incipit *Gloria* : luditur organo & pulsantur campanæ quæ post eundem Hymnum à Feria 5^{ta} cessaverunt, sed adverte ne majores campanæ pulsentur, antequam signum datum sit in Cathedrali seu Matrice Ecclesia : ex Decreto Concilii Lateranensis Sess. 11. sub Leone X. & ex sac. rit. Congreg. die 21 Martij 1609. & ea tantum isto casu pulsabuntur, quæ sunt intra parietes Ecclesiæ : dato deinde signo à Cathedrali vel Matrice, dabitur etiam, licet dentur longe post GLORIA IN EXCELSIS, solemne signum ab omnibus aliis Ecclesiis cum campanis majoribus.

12. *Finita Epistola* Subdiaconus osculatur manum Celebrantis, & hic solemniter incipit ALLELUJA, ad quod omnes stant. *Ad Evangelium* quod post Tractum & Alleluja à Celebrante legitur in cornu Evangelii ut in aliis Missis, non portantur luminaria sed incensum tantum prius benedictum.

Petit à Diacono benedictio & alia sunt de more non dicitur CREDO, sed finito Evangelio Sacerdos postquam librum osculatus & incensatus est dicit DOMINUS VOBISCUM, &c. ut in Rubrica : Subdiaconus defert ad altare unà cum calice bursam.

13. *Post sumptionem Sacramenti pro Vesperis in choro* primus Cantor digniori in choro offert incipiendum *Alleluja*, deinde Cantores intonant LAUDATE DOMINUM OMNES GENTES, &c. interim Ministri altaris omnia sua absolvant, quæ solent in Missis aliis observari : postquam in choro repetitum fuit ALLELUJA : statim Celebrans in cantu incipit Antiphonam ad MAGNIFICAT & prosequitur chorus, deinde à Cantoribus inchoatur MAGNIFICAT, incensatur altare, ut alias in Vesperis, retinet tamen casulam.

14. Quoad cereum Paschalem censuit sacra rituum Congregatio, 19 Maji 1607. regulariter accendi debere ad Missas & Vesperas solemnes in triduo Paschatis, in Sabbato in albis, & Dominicis usque ad Ascen-

Ascensionem. Ubi Rubrica habet : *Dicto Evangelio extinguatur cereus Paschalis nec ulterius accendatur.* Retinenda tamen Provinciæ consuetudo, juxta quam semper accenditur sub sacro Conventuali.

TITULUS VII.

De festo Purificationis B. Mariæ Virginis.

1. *Si hoc festum venerit in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel quinquagesimæ, fit tantum candelarum benedictio, distributio & processio & dicitur Missa de Dominica, nisi Ecclesia dicata sit in honorem B. Virginis, de qua eo casu erit Missa : idque probabiliter, etsi non sit dicata titulo Purificationis, eritque tunc Missa discordans Officio ; fit tamen Commemoratio Dominicæ : de qua si Missa cantanda, non tenentur candelæ accensæ nec ad elevationem nec ad Evangelium. Circa cereorum benedictionem, quæ notanda sunt, vide in benedictione palmarum.*

2. *Advertendum tamen, rami tenentur in manibus dum cantatur Passio & Evangelium tantum : ita proprium Dominicæ in Palmis. Candelæ verò in festo Purificationis tenentur in manibus accensæ dum legitur Evangelium & iterum ad elevationem Sacramenti usque ad Communionem. Ut igitur chorus Rubricam hanc observet, hac die sub sacro post elevationem non erit orandum in cruce, sed standum cum candelis accensis. A Ministris autem non tenentur candelæ in Missa, à Celebrante vero ad Evangelium tantum. Cantanda in processione vide in Cantorali Coloniensi.*

3. *Quod etsi candelæ accensæ distribuendæ sint, juxta Ord. Rom. dicit tamen GAVANT, tolerari, ut accendantur tantum initio processionis, ob longiorem distributionem aut aliam justam causam.*

TITULUS VIII.

De Communi et Missis votivis in fine Missalis.

1. **C**ommunes Missæ deserviunt, tum celebrandis Sanctorum aliquorum, quæ habentur in Calendario, & nihil habent proprium, vel non habent omnia, tum celebrandis eorum festivitibus, qui extra Calendarium occurrunt in pluribus locis, præsertim vero Patronis locorum & titularibus Ecclesiarum.

2. Ad festum Patroni loci, tenentur etiam Regulares ejusdem loci, non autem ad Octavam celebrandam ex Decreto S. rit. Congreg. ad quod notandum: si occurrant duorum vel plurium Sanctorum festa, quorum unum est festum Patroni, & nihil de aliis v. g. Paderbornæ titulus Ecclesiæ Parochialis est S. Pancratius, de quo faciendum est Officium. In hoc & similibus casibus curandum est, ut Missa congruat festo, & deficientibus propriis aut iis non convenientibus, recurrendum est ad commune Sanctorum, unde in allegato casu orationes & Versus ad primum ALLELUJA ex communi desumi debent: unde etiam tota Missa sumi posset; festum verò Sociorum transferendum est; quod dum postmodum celebratur sub ritu semiduplici, Missa quæ habetur 12. Maji retinenda est, omisso solo nomine Pancratii: si contingat transferri post tempus Paschale, ratione temporis mutanda mutari debent. Si autem plures isti Sancti sint in Calendario sub ritu simplici: tunc de Socio nihil fit, nec illius festum transfertur.

3. Quando occurrit Missa votiva dicenda, & in Proprio aliquid deest ratione temporis, puta Tractus, vel Versus cum Alleluja tempore Paschali, illa sumi poterunt ex communi pro ratione temporis Paschalis vel post Septuagesimam. Si in feriis Adventus in quibus post Graduale omittitur Alleluja, dicantur Missæ votivæ, in illis dicitur Alleluja, non enim sunt Missæ de tempore. Vide Missam votivam de B.

de B. Virgine ab Adventu ad Nativitatem Domini, in qua reperies Alleluja : omnes enim votivæ institutæ sunt in eodem gradu, nisi in propriis locis aliter notetur.

4. Si infra Octavam Paschæ cantetur votiva pro re gravi, in ea non dicitur Graduale, sed duplex Alleluja ut alias tempore Paschali, in fine tamen ad Ite Missa est, non est dicendum duplex Alleluja.

TITULUS IX.

De Litanis maioribus et minoribus.

L Estâ Horâ summo sacro præmitti solitâ instituitur processio. Cantores superpelliceis induti post repetitam Antiphonam **EXURGE** Litanias cantare incipiunt. Omnes genuflectunt. Dum cantatur *S. Maria ora pro nobis* omnes surgunt. Officiator aliquas Sanctorum reliquias per Diaconum accipit: velo violaceo sibi à Subdiacono circumposito tegit. Acolythus cum cruce præcedit sine Ceroferariis.

Missâ verò, quoniam in Litanis maioribus occurrit festum S. Marci: feriâ 2dâ Rogationum, festum translationis S. Didaci. Feriâ 4tâ, si festum non occurrat, Missâ de Vigilia: à nobis, qui ad duas Missas conventuales non obligamur, nunquam cantatur de rogationibus, nisi in casu quo feriâ tertiâ Rogationum nullum festum duplex aut semiduplex occurrit.

CÆRE-

CÆREMONIALIS
Fratrum Minorum strictioris
Observantiæ Provinciæ Saxoniae
sanctæ Crucis,

PARS IV.

DE DIVERSIS OFFICIIS, DE HORIS
SOLEMNIBUS ET MINUS SO-
LEMNIBUS, ALIISQUE DOMESTI-
CIS CONSUETUDI-
NIBUS, &c.

TITULUS I.

De Tabula Hebdomadaria.



I. Ualibet hebdomada scribi debet tabula Officiorum,
per scriptos, toto illo tempore tam in choro quam
Refectorio aut alias exercendorum ; secundum
formulam mox subjiciendam ; illam scribit Pater
Instructor, in ejus absentia aut in Conventibus, in
quibus non est Instructor : Pater Vicarius, nisi voluerit scribere ipse
Guardianus. Legitur feria sexta vesperi post sumptam collationem,
monito ad hoc per præsidem Lectore mensæ. Si ratione occurren-
tis

tis festi scribenda tabula extraordinaria, illa legitur in prandio Vigiliæ. In tabula ordinaria, scribantur Patres & Fratres per ordinem ut hætenus in Provincia usitatum: in tabula extraordinaria non scribantur, nisi qui sunt præsentés, & qui per se officium suum exercere possunt, unde in festo Guardiani v. g. si hic absit scribatur Pater Vicarius: in festo Vicarii eo absente Pater Concionator: idem fiat de Cantoribus & aliis.

2. Si in Conventu fuerit Reverendissimus Pater Commissarius Generalis, aut Commissarius Visitator, vel R. P. Provincialis, rogetur ab eo, qui debet tabulam scribere, an in solemnioribus festivitibus Officium facere dignetur, si acceptet, ab ipso Ministri determinentur & tabula subscribatur.

3. Quorum nomina, dum tabula legitur, exprimuntur, in signum obedientiæ caput reverenter inclinant, quod non facit Prælatus, dum ille est scriptus, tenentur autem omnes sese exactissime illi tabulæ conformare, & si legitimè fuerint impediti, suum officium alteri non impedito recommendare, aut Superiori vel Præsidi chori notificare, ut alius eorum vices suppleturus ad evitandum confusionis periculū tempestivè substituatur.

4. Formula communis tabulæ prout hætenus in Provincia observata est: hujus tenoris. Dominica N. Pater: vel Frater si adhuc sit sub Instructore N. Hebdomadarius: Pater N. Primissarius legetque pro vivis ac defunctis alternatim incipiendo A. pro ut tunc fuerit alternatio: nisi in quibusdam Conventibus aliam habuerint obligationem. Frater N. Diaconus, Frater N. Subdiaconus, Frater N. & N. Cantores, F. N. & F. N. Versicularii, F. N. Acolythus. Versicularii legent ad mensam, 2dus Cantor & Acolythus servient in Conventu. Frater N. ministrabit in organis. Ubi mendicatur panis, subjungitur F. N. & F. N. ibunt pro pane. Cætera sint in dispositione Præsidentis, eritque dies sacratissimæ communionis. Si sit Dominica Confraternitatis, additur: In processione Confraternitatis chordæ, vel sacratissimi Rosarii, aut aliter pro ratione Confraternitatis. Frater Dispensator præferet crucem: juxta quam F. N. & F. N. Ce-

F. N. Ceroferarii. Acolythus solemniter thurificabit, de pulsu providebit Frater Sacrista.

5. Fratres qui non habent 20 religionis annos completos, in Diaconatus, qui verò nondum 12 in Subdiaconatus ministerio secundum tabulæ præscriptum de servire tenentur. juxta statuta generalia cap. 2. §. 3tio. Deficientibus autem personis aut ob aliam rationabilem causam, scribi poterunt alii etsi habeant plures religionis annos.

6. In festis Guardiani, præmissis titulo, de quo infra, scribi solet. V. A. P. Guardianus divinum celebrabit Officium, Pater N. Diaconus, P. N. Subdiaconus, in his festis etiam Lectores Philosophiæ Diaconus & Subdiaconus scribi poterunt, vel alii Patres pro arbitrio Guardiani: P. Vicarius & P. N. Senior S. Theologiæ Lector Cantores: ubi non sunt studia theologica loco P. Lectoris scribitur P. Concionator. Et loco secundi Cantoris scribitur alius Minister mensæ. In Primitiis, Jubilæis, &c. pro ratione solemnitatis tabula varietur. Si scribendus assistens, ponatur immediatè post Officiatorem, ante Diaconum; reliqua ut in ordinaria tabula; Minister in organis ordinariè esse poterit, qui priori hebdomada fuit Acolythus.

7. Festa Guardiani sunt: Epiph. Domini. Cœna Domini. Festum Paschatis. Raphaëlis Archg. ob renovationem votorû. Festum Ascensionis. Dominica Pentec. Festum Corporis Christi. Nativitas S. Joannis Baptistæ. Ss. Petri & Pauli Apostolorum. Portiunculæ. Assumptionis B. M. Virginis. S. P. N. Francisci. Omnium Sanctorum. Commemoratio omnium fidelium Defunctorum. Immaculatæ Conceptionis B. M. Virginis. Nativitas Domini. Præterea festum dedicationis & Patroni propriæ Ecclesiæ. Faciet insuper benedictionem candelarum, cinerum & palmarum.

8. Vicarii sunt, festa omnium Apostolorum: excepto Ss. Petri & Pauli, & Joannis Evangelistæ. Omnia B. M. Virginis quæ sunt festa fori, excepto festo Assumptionis & Immaculatæ Conceptionis. Circumcisionis Domini. Nominis JESU. Josephi. Sabbato sancto. Feria 2da Paschat. Feria 2da Pentecost. Sanctissimæ Trinitatis. Bonaventuræ. Mariæ Magdalena, ubi est festum fori. S. Annæ. Claræ.

Claræ. Laurentii. Angelorum Custodum. Michaelis. Petri de Alcantara. Didaci. S. Stephani Protomart. & Patroni Diocesani. In quibusdam aliis festiuitatibus, quæ non ubivis celebrantur, sit Officiator P. Vicarius, vel alius Sacerdos prout Guardianus loci ordinauerit.

9. Pater Concionator erit Officiator in aliis festis Ordinis, quæ habent plenarias indulgentias: item in festo S. Elisabethæ Viduæ. Feria sexta in Parasceve, feria 3tia Paschatis & Pentecostes, & in festo S. Joannis Evangelistæ. Reliqua festa spectent ad P. Instructorem, aut ubi Instructor non est, ad eum qui in ordine sequitur post Concionatorem.

10. Ubi sunt studia Theologica, Lector 1mus faciet Officium diuinum. In festo sanctissimi Nominis JESU. Feria sexta Parasceves. Feria 3tia Paschæ & Pentecostes, & S. Antonii de Padua. Lector 2dus in festo S. Bonaventuræ. Ss. Angelorum Custodum & Catharinæ. In renouatione & conclusionem studiorum, Lectores tam Philosophiæ, quam Theologiæ faciant secundum ordinationes scholasticas.

11. Si in Conuentu habitet aliquis Provinciae Definitor: poterit esse Officiator in festo S. Joannis Baptistæ. Ascensionis Domini. Ss. Trinitatis. Circumcisionis & Ss. Stigmatum, & si in Conuentu non fuerint studia Theologica: etiam in festo S. Antonii Paduani. In Conuentibus verò in quibus nec sunt studia Theologica, nec habitat Definitor: festum S. Antonii spectabit ad festa Patris Guardiani. Ministri semper scribantur ex senioribus vel junioribus proportionate ad qualitatem Officiatoris.

12. Et ad uniformitatem ubivis observandam titulos infra scriptos subjungimus.

In Circumcisione Domini. *In dolorosa ac sanguinolenta circumcissionis dulcissimi pueri Iesu, quando feliciter incipit annus, &c. solemnitate.*

In Epiphania Domini. *In celeberrima festiuitate apparitionis amabilissimi pueri Iesu seu Epiphania solemnitate, &c.*

In festo Nominis JESU. *In melliflui ac salvifici Nominis JESU festiuitate.*

In festo Purificationis. *In purissima Virginis Mariae Purificationis solemnitate* V. A. Pater Guardianus benedictionem faciet candelarum. V. Pater Vicarius divinum celebrabit Officium.

In festo S. Iosephi. *In fidelissimi dulcissima Dei Genitricis Mariae Sponsi & (si fuerit in Diocesi Monasteriensi) diocesis nostrae Patroni, solemnitate.*

In festo Annuntiationis. *In gratiosissima Incarnationis Dominicae Annuntiationis solemnitate.*

Dominica Palmarum. V. A. Pater Guardianus benedicet palmarum ramos. F. N. Diaconus. F. N. Subdiaconus, qui & in processione praeferet crucem : juxta quam F. N. & F. N. Ceroferarii. F. N. Acolythus. In regressu ad Ecclesiam F. N. & F. N. clausis foribus in Ecclesia, versa facie ad processionem. GLORIA LAUS, &c. decantabunt ; reliqua manent in dispositione Praesidentis. Per hebdomadam F. N. Hebdomadarius, &c.

Feria 5ta, *in qua augustissima Coena Domini recolitur memoria*, V. A. P. Guardianus divina peraget misteria, &c. ut in Officio Guardiani. Et in fine additur & *in hujus diei Sacro omnes PP. & Fratres summa cum devotione communicabunt*, deinde subjungitur, *in Venerabilis Sacramenti deportatione F. N. Subdiaconus*, qui erit alius à Subdiacono officii deferet crucem. F. N. & F. N. ipsum Sacramentum usque ad locum prae paratum continuo incensabunt. *Ad faciendum Domini mandatum Fratres Laici lotioni pedum necessaria tempestivè prae parabunt.*

In die sancto Parasceves. V. A. Pater Lector Officiator, &c. Sabbato sancto. V. P. Vicarius, &c. F. N. Diaconus & benedicet cereum paschalem, &c. in fine additur : *Prophetias cantabunt Fratres per ordinem incipiendo à juniore. Cetera sint in dispositione Praesidentis.*

In festo Paschatis. *In gloriosissima Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi solemnitate, &c.*

Feria 2da Pascha, &c.

Feria 3tia Pascha, &c.

In festo Inventionis S. Crucis, ubi est festum fori. *In salutifera Crucis Domini nostri Iesu Christi Inventionis solemnitate, &c.*

In festo

In festo Ascensionis Domini. *In admiranda Redemptoris Domini nostri IESV Christi in cælum Ascensionis solemnitate, &c.*

In festo S. Raphaelis. *In devotissimè colenda S. Raphaelis Archangeli, in quam incidit solemnis votorum Renovatio, festivitate : V. A. P. Guardianus, &c.*

In festo Pentecostes. *In gratiosissima & summo charitatis affectu celebranda Pentecostes solemnitate.*

Feria 2da Pentecostes, &c.

Feria 3tia Pentecostes, &c.

In festo S. Bernardini. *In sanctissimi Nominis IESV præconis magnifici sancti Bernardini solemnitate.*

In festo sanctissimæ Trinitatis. *In præclarissima super benedictæ Ss. Trinitatis festivitate.*

In festo Corporis Christi. *In altissimâ ac omni devotione dignissima, augustissimi divinissimique Corporis & Sanguinis Domini nostri IESV Christi solemnitate.*

In festo S. Antonii de Padua. *In mirifica atque præclara, divini verbi celeberrimi Præconis ac Ordinis Minorum Thaumaturgi B. Antonij de Padua solemnitate.*

In festo S. Joannis Baptistæ. *In gloriosa sanctissimi Præcursoris Christi B. Joannis Baptiste natiuitatis solemnitate, &c.*

In festo Ss. Apostolorum Petri & Pauli. *In magnifica BB. Principum Apostolorum Petri & Pauli festivitate, &c.*

In festo Visitationis. *In officiosissima Visitationis gloriosissimæ Virginis Mariæ præclara solemnitate.*

In festo S. Bonaventuræ. *In solemnibus Seraphici Doctoris Divi Bonaventuræ : Ordinis Minorum, S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & Episcopi Albanensis solemnitate.*

In festo Portiunculæ. *In sacratissima & singulari anima præparatione celebranda Dedicacionis Ecclesiæ S. Mariæ de Angelis seu Portiunculæ solemnitate, &c.* In solemnibus ejusdem diei ac devota processione, Frater Dispensator, ut supra : idem ad festum S. Antonii, S. Francisci, & alias, si servanda processio addendum.

In festo S. Laurentii. *In triumphali ac inlytâ, ferventissimi Christi Martyris castissimique Levitæ S. Laurentij solemnitate, &c.*

In festo S. Claræ. *In devotissima dilectissima Christi sponsæ B. Claræ primæ plantulæ pauperum Dominarum Ordinis Minorum solemnitate, &c.*

In festo Assumptionis B. M. Virginis. *In sublimissima gloriosissima Deiparæ Virginis Mariæ ad æthereum thalamum assumptæ solemnitate, &c.*

In festo S. Ludovici. *In gloriosa castissimi Præsulis & præstantis Confessoris ex Ordine Seraphico S. Ludovici celebritate, &c.*

In festo Nativitatis B. Mariæ. *In jucundissima gloriosissima Deiparæ Virginis Mariæ Nativitatis solemnitate, &c.*

In festo Stigmatum. *in admirabili sacrorum Stigmatum in corpore Seraphici Patris nostri Francisci in monte Alverna digito Dei vivi descriptoris solemnitate.*

In festo S. Michaelis. *in magnifica cælestis militiæ Principis fortissimique rebellium Angelorum debellatoris B. Michaelis Archangeli solemnitate.*

In festo S. P. N. Francisci. *in augustissima ac intimo pietatis cultu veneranda Seraphici P. N. Divi Francisci : Ordinis Minorum Fundatoris solemnitate, &c. In hujus diei solempni & devota processione, &c.*

In festo Ss. Danielis, &c. : *in triumphali invictissimorum Christi Martyrum Danielis & Sociorum ejus de ordine Minorum à Saracenis occisorum celebritate, &c.*

In festo S. Petri de Alcantara. *in gloriosa extatici ac illuminatissimi Christi Confessoris S. Petri de Alcantara, Seraphici Francisci ferventissimi Sectatoris festivitate.*

In festo omnium Sanctorum. *in gaudiosissima Dei Genitricis Virginis Mariæ Sanctorumque omnium cum Christo in cælis fœliciter regnantium solemnitate, &c. Et infra additur. In Vigilia & Missa pro animabus fidelium defunctorum omnia ut supra. In Renovatione studiorum. Postridiè fidelium defunctorum : V. A. P. N. pro impetranda Divina in studijs assistentia Missam solemniter decantabit, &c. Eritque pro Fratribus studiosis dies communionis.*

In festo S. Didaci. *in ferventissimi salutiferæ crucis amatoris, ac fallacis sæculi contemptoris maximi B. Didaci Confessoris de Ordine Minorum celebritate, &c.*

In festo S. Elisabeth. *in inclyta erga omnes Christi pauperes liberalissima ac benignissima Matris : Regina Hungaria S. Elisabeth, 3tj Ordinis S. P. N. Francisci festiuitate.*

In festo S. Joannis Capistrani : *in victoriosissima Turcarum debellatoris fortissimi, Confessoris inclyti ex Ordine Minorum S. Joannis Capistrani celebritate, &c.*

In festo Præsentationis : *in püssima B. V. Maria à parentibus devotissime in templo presentata festiuitate, &c.*

In festo Ss. Apostolorum Simonis & Judæ : *in gloriosa ac triumphali Ss. Apostolorum Simonis & Iudæ solemnitate.*

In festo S. Martini : *in gloriosa ac triumphali püssimi Præsulis & Confessoris S. Martini festiuitate.*

In festo S. Catharinæ : *in inclyta & triumphali, sapientis ac generosæ Virginis & Martyris Divæ Catharinæ solemnitate.*

In festo S. Andreae : *in triumphali S. Andreae Apostoli solemnitate.*

In festo Immaculatæ Conceptionis : *in singularissima Conceptionis gloriosissima Virginis Maria, per merita dilectissimi Filij sui Domini nostri Jesu Christi ab originali macula perpetuo preservatæ, totius Ordinis nostri Seraphici patronæ, solemnitate.*

In festo S. Thomæ : *in festiva S. Thomæ Apostoli solemnitate. Similiter in festo S. Bartholomæi.*

In Vigilia Nativitatis Domini : *in suavissima Pueri bethlehermitici Nativitatis Vigilia F. N. vel P. N. solemniter cantabit Martyrologium : F. N. deferet crucem circa quam F. N. & F. N. Ceroferarij, F. N. in Capitulo coram Patribus & Fratribus succinctam & devotam de eodem puero JESU habebit Orationem.*

In Nativitate Domini : *in desideratissima ac sacratissima Domini nostri JESU Christi secundum carnem Nativitatis solemnitate, &c. in aurora Pater N. celebrabit Missam, sub qua Fratres summa cum reverentia & devotione communicabunt. Reflectant PP. Sacerdotes ad ea, quæ de trina celebratione Part. 3tia Tit. I. n. I. & 2. dicta sunt.*

In festo S. Stephani : *in gloriosa & triumphali ferventissimi Levitæ & proto-Martyris B. Stephani solemnitate, &c.*

In festo

In festo S. Joannis : *in suavissima dilectissimi Christi Discipuli B. Joannis Apostoli & Evangelistæ solemnitate, &c.*

In Dedicatione Ecclesiæ : *in celeberrima atque sanctissima templi nostri anniversaria Dedicationis solemnitate, &c.*

In festo Patroni vel Patronæ aptatur titulus conveniens illi qui est Patronus.

In primitiis : Dominica N. vel si sit festus dies ille nominatur, postea jungitur Frater N. *Omnipotenti Deo incruenti Sacrificij primitias oblaturus Divinum celebrabit Officium.* P. N. assistens, &c.

In festo S. Annæ : *in honorifica & suavi S. Annæ Matris B. V. Mariæ & Salvatoris nostri avia solemnitate, &c.*

Si in quibusdam aliis festis scribenda sit nova tabula, ex prædictis facile titulus conveniens adaptari potest, si Matutinum cantandum scribatur ut hæctenus consuetum.

TITULUS II.

De Hebdomadario et Officiatore.

1. **H**ebdomadarius sicut & reliqui omnes Officiantes officium suum incipit sabbato ad Vesperas, quod usque ad nonam inclusive sequentis sabbati exequitur. Ejus munus est, Horas Canonicas omnes, dato manu signo, eoque postquam secreto dictum PATER NOSTER, &c. repetito, incipere per Versus DOMINE LABIA, vel DEUS IN ADJUTORIUM, &c.

2. Dum cantatur Officium, primam Antiphonam in Matutino, Laudibus & Vesperis intonare : uti & Antiphonam ad cantica MAGNIFICAT, BENEDICTUS, NUNC DIMITTIS : si cantetur : exceptis Antiphonis majoribus ad MAGNIFICAT in Adventu, quæ dignioribus offerri solent.

3. Dat etiam in omni Officio absolutiones & benedictiones, excepta ultima benedictione Matutini cantati, quæ datur à digniori in choro

choro loco suo remanente, Officiator vero cantat lectionem ultimam. Recitat quoque Capitula & Orationes, &c. legit etiam Versiculos Commemorationum & Suffragiorum, dum Officium dicitur sine cantu. Item Versus & Collectas ad finales Antiphonas *B. Marie Virginis*, quando verò post Completorium cantantur, versus ad has, sicut & ad *CÆLORUM CANDOR, &c. VOS SANCTI, &c.* cantantur à Versiculario. Etiam ad salutationem *B. V.* post Completorium clara voce legit versus *ANGELUS DOMINI, &c.* & totum *AVE MARIA.* Choro respondente *SANCTA MARIA, &c.* Deinde subjungit Collectam.

4. Etiam est munus Hebdomadarii, per totam septimanam, nisi ob incidens festum sit alius Officiator scriptus, cantare summum Sacrum, populum diebus Dominicis aliisque dum consuetum est, aqua benedicta aspergere, mensam benedicere, & finita refectione gratias agere. Preces Capitulares, & Vesperis Litanias cum consuetis Versibus *ANGELUS DOMINI,* & orationibus legere. Absentibus *P. Guardiano & Vicario,* non Officiator, sed dignior Sacerdos dat benedictionem.

5. Hebdomadarius etsi propter impedimentum legitimum non cantaverit summum sacrum, tamen in aliis omnibus debet facere quæ sunt sui muneris. Si ob incidens festum alius sit scriptus Officiator, hic pro illa die facit omnia, quæ sunt Hebdomadarii.

6. Si Hebdomadarius sit absens, ille qui supplet in sacro, etiam illa die supplebit in aliis. Si scriptus in festivitibus v. g. *P. Guardianus* impediatur, quod nequeat interesse Vesperis aut aliis Horis, supplebit *Pater Vicarius,* idem est de aliis Officiantibus impeditis, qui tamen id ipsum tempestivè indicabunt, supplebunt illi qui in ordine dignitatis sequuntur. Hebdomadario, qui est scriptus per hebdomadam; & illo qui supplevit in Missa, absente: supplebit junior Sacerdos.



TITULUS III.

De Assistente in Missa solemni.

1. **A**ssistens apud nos non solet dari, nisi Celebrantibus primitias : foret tamen conveniens, ut Reverendissimo Patri Commissario Generali A. R. P. Ministro Provinciali aliisque personis in dignitate constitutis, dum in nostris Conventibus Missam solemnem celebrant, in magnis festivitibus daretur Assistens. Qui dum itur ad altare pluviali indutus, à dextris Diaconi immediatè cum Diacono à sinistris illius præcedit Celebrantem.

2. Cum pervenerint ante infimum altaris gradum, celebraturus habens à dextris Presbyterum Assistentem, & à sinistris Diaconum, & apud eum modicum retro Subdiaconum ita ut Subdiaconus stet à sinistris Diaconi, & facta ab omnibus congrua reverentia, facit cum eis Confessionem. Quoniam autem in talibus festivitibus ordinariè exponendum erit Venerabile Sacramentum : omnes genuflectunt in primo altaris gradu ; & Diaconus à genuflexione surgens mox accedit ad dextram celebrantis, ubi offert thus, & omnia facit, ut in expositione Sacramenti dictum est : data benedictione & facta iterum incensatione, cum Sacerdote descendit ante infimum gradum, & facta cum Sacerdote genuflexione, se retrahit ad illius sinistram absque nova genuflexione ibidem, interim cum Sacerdote surgente, omnes à genuflexione surgunt & fit Confessio.

3. Peracta Confessione simul ascendunt ad altare & dicta oratione ORAMUS TE DOMINE, Diaconus redit ad dexteram Celebrantis, omnia facturus ut in aliis Missis. Ad incensationem Assistens amovet librum ab altari retrahendo se cum eo à parte Epistolæ extra altare, & post illius lateris incensationem iterum reponit. Facta incensatione stat medius, inter Diaconum & Celebrantem modicum retro utrumque, & Celebranti monstrat Introitum legendum, deinde cum aliis

Mini-

Ministris respondet ad Kirieleison, nec ab illo latere discedit, sed cum Celebrans ad medium altaris cum aliis accedit, ipse stat in cornu Epistolæ ad librum, donec à Celebrante, submissa voce cum Ministris dicatur totus Hymnus: GLORIA IN EXCELSIS. Si dicto Hymno Celebrans sit sessurus, Assistens sedebit à dextris Celebrantis, Diaconus à sinistris illius, Subdiaconus à sinistris Diaconi. Postquam reversi ad altare & dicto DOMINUS VOBISCUM, ostendet Celebranti stans à dextris ejus, orationem vel orationes dicendas, &c.

4. Dum cantatur Epistola, Diaconus remanet in loco suo, eaque finita Assistens paululum retrocedit, ut Subdiacono manum Celebrantis osculaturus detur locus. Tum Assistens, accepto Missali cum cusfino illud portat ad cornu Evangelii, illius initium Celebranti ostendens, & cum opus est folia vertens & respondens, Diaconus interim & Subdiaconus stant more solito.

5. Lecto Evangelio, & posito Missali prope medium altaris, expectat à sinistris Celebrantis facie ad altare conversa, & accedente Thuriferario, recedit ad dexteram Celebrantis: ibidemque ministrata navicula per Assistentem, Sacerdos imponit incensum, tum Acolythus recepta navicula de manu Assistentis recedit ab altari, expectaturus donec cantandum est Evangelium. Cum Diaconus illud incipit, retrahente se Celebrante ad cornu Epistolæ, ipse etiam Assistens se retrahit & vertit ad Diaconum, ita ut stet neque omnino à sinistris Celebrantis, neque omnino post eum. Et dum Subdiaconus cantato Evangelio librum Celebranti osculandum porrigit, Assistens ejus initium manu aut potius bacillo, quo convenienter utitur, ostendit, & vadit ad cornu Evangelii.

6. Ministris accedentibus, ut cum Celebrante dicant Symbolum, idem est ad SANCTUS & AGNUS DEI, dat locum Subdiacono accedenti ad sinistram Celebrantis. Alioquin postquam cantatum est Evangelium usque ad AGNUS DEI inclusivè, Assistens semper stat ad librum, quem sub 2da incensatione ad Offertorium iterum removet, retrahendo se extra cornu Evangelii, & illo latere incensato iterum reponit: idque semper notandum, ut dum Celebrans salutaturus populum,

lum, quia supponitur Sacramentum expositum, paululum recedendum, ut Celebranti detur locus.

7. Finita per Diaconum in choro incensatione, ab eodem Assistens, stans ad latus Evangelii extra altare, & paululum ad Diaconum conversus duplici ductu incensatur ante Subdiaconum.

8. *Cum Celebrans dixerit HÆC COMMIXTIO, &c. dicat AGNUS DEI, &c. cum Diacono & Assistente, quibus dictis Præbyter assistens accedit ad dextrum latus Celebrantis, Diaconus verò ad sinistrum, ubi supplet ad librum loco Assistantis, ipse verò Assistens dicta per Celebrantem oratione DOMINE JESU CHRISTE QUI DIXISTI, &c. genuflectit & statim surgit, osculatur altare simul cum Celebrante, à quo dicente ei PAX TECUM, accipit pacem, cui ipse respondet ET CUM SPIRITU TUO, &c. ut suo loco dictum. Et iterum ante Sacramentum genuflectens ac statim surgens, recedit & vadit ad Diaconum in medio ante altare stantem cui dat pacem, & hic Subdiacono: Assistens vero in choro more solito pacem distribuit: interim Diaconus loco assistantis supplet ad librum donec ipse redeat ab osculo pacis.*

9. Si facienda sit Communio Assistens retrahit se ad cornu Evangelii, & ibi in infimo gradu, vel in plano, vel prout melius potuerit, ne Communicantes impediatur genuflexus manet, donec omnes fuerint communicati.

10. Facta purificatione, & delato per Diaconum libro ad cornu Epistolæ, Assistens accedit ad illud cornu, monstrans Celebranti, ut alias, quæ cantanda vel legenda sunt. Et dicto per Diaconum ITE MISSA EST, transit ad cornu Evangelii, &c. Et ad ET VERBUM CARO FACTUM EST, cum Celebrante genuflectit, quod etiam semper facit, sicut alii Ministri.

11. Denique omnibus finitis: redit ad dexteram Celebrantis in cornu Epistolæ & cum eo descendit in planum, & cum aliis ordine quo venit, ad Sacristiam revertitur.

TITVLVS IV.

De Officio Cantorum.

1. **H**ebdomadatim duo scribuntur Cantores, quorum unus sit primus & stat à parte chori, alter 2dus & stat à parte illa, in qua non est chorus; alternis enim septimanis solet chorus variari, & per tabellam notari à qua parte sit chorus; similiter per tabellam designatur stallum Cantorum, quod erit in medio prope gradum, nisi situs pulpiti alium locum rationabiliter requirat.
2. Horum Officium est in Matutinis solemnibus, cum Diacono & Subdiacono ac Versiculariis cantare Invitatorium, quod repetitur à choro. Deinde incipiunt Psalmum VENITE EXULTEMUS, &c. cuius primum duo Versicularii prosequuntur, aliis ad stalla se iterum recipientibus, 2dum Versum cantant Diaconus & Subdiaconus, tertium Cantores. Quartum iterum Versicularii, & sic successivè deinceps. Immediatè ante GLORIA PATRI omnes conveniunt ad pulpitem, & simul parum inclinati versus pulpitem cantant. GLORIA PATRI ET FILIO ET SPIRITUI SANCTO. Deinde erecti prosequuntur SICUT ERAT IN PRINCIPIO, &c. Et cantata per chorum ultima Invitatorii parte omnes simul resumunt primam illius partem. Hac cantata recedentibus aliis ad locum suum, remanent soli Cantores ad pulpitem, & intonant Hymnum, quem & in Laudibus & Vesperis solemnibus in medio intonant: dum autem Officium legitur, eos intonat primus Cantor in loco suo, quod etiam facit in Dominicis, etsi Vesperæ cantentur.
3. Dum Officium legitur, in Matutinis Laudibus & Vesperis Psalmos intonant alternatim, incipiendo à primo Cantore. Dum inter Psalmos non mediat Antiphona. Tunc uno choro finiente intonat Cantor alterius chori.
4. Dum Matutinum cantatur, Responsoria resumit Organista, &

Cantores verus cantant in medio, excepto triduo ante pascha, tum alternatim, incipiendo à primo, principium Responsorii intonat quisque in loco suo, chorus prosequitur, deinde Versum canit cum Versiculario alternatim, manentibus in locis suis. Cantica BENEDICTUS & MAGNIFICAT, dum leguntur, à solo primo Cantore, idem fit in Officio Dominicali, etsi Vesperæ cantentur. Quando Laudes & Vesperæ cantantur, ab utroque in medio. NUNC DIMITTIS, semper à solo primo Cantore intonatur.

5. Antiphonæ in Matutinis Laudibus & Vesperis si cantentur, alternatim in utroq; choro à Cantoribus distribuuntur incipiendo ab Officiatore, tunc ad alios per ordinem descendendo, pro festi dignitate, non vero attendendo Officiatoris dignitatem tantum; unde si Pater Guardianus sit Officiator in festo non pertinente ad illius Officium puta quia Hebdomadarius est, non distribuuntur Antiphonæ aliter, quam si foret Officiator aliquis ex junioribus Sacerdotibus, e contra si in aliquo festo ex illis, quæ supra assignata sunt pro P. Guardiano, suppleat Pater Vicarius, Antiphonæ distribuuntur, ac si Guardianus ipse Officium celebret.

6. In Duplicibus 1. & 2dæ classis cantant cum Versiculariis *Benedicamus Domino*. In Completorio cujuscunque festi, si cantetur, primus Cantor in loco suo remanens Antiphonam ad *Nunc dimittis*, præsentat Officiatori.

7. In Duplicibus in medio intonant Introitum, ibidemque manent, donec Versus & *Gloria Patri* decantatum fuerit, sub *Gloria Patri* manent erecti: hoc cantato inclinant, si vero Graduale in medio positum tantum Introitus initium contineat, & personarum paucitas ita requirat: poterunt redire ad stalla & juvare chorum & ad *Gloria Patri* iterum descendere. Item Versum & *Gloria Patri* ad *Asperges vel Vidi aquam* cantant in medio, si duplicia incidant in Dominicam; alioquin id facit primus Cantor in loco suo. Si Organum non pulsetur, *Offertorium, Sanctus, Agnus Dei, Communionem* in medio intonant; in semiduplicibus hæc omnia sunt à primo Cantore in loco suo, excepto quod *Alleluja* etiam in semiduplicibus cantetur in medio. Tractus quando

quando cantandus, etiam in Quadragesima, à Cantoribus & Versiculariis; in Missa solemni de Requiem, insuper à Diacono & Subdiacono, si ad altare sua perfererint semper in medio alternatim canitur.

8. Matutinum dum legitur, primus Cantor legit Lectiones 2di Nocturni, alter 3tii Nocturni, Diaconus initium Evangelij; si vero sit Sacerdos vel Diaconus 2dus Cantor legit etiam initium Evangelij, Responsoria Lectionibus inter media recitant alternatim, ita ut Responsoria imi Nocturni, à primo Cantore, 2di à secundo: 3tij iterum à primo Cantore legantur. Si Officium cantetur, primus cantat Lectionem octavam.

9. In processionibus incipiant singulos Versus Hymnorum, idem in medio genuflexi faciunt, dum in festo Pentecostes & per Octavam aut alias pro felice expeditione Capitulari cantatur Hymnus: *Veni Creator Spiritus*. Dum vero dictus Hymnus in Confraternitatibus canitur, servatur loci consuetudo, aut quod Superior ordinaverit. In renovatione studiorum Officiator, aliique Ministri & Cantores ante altare genuflexi solent cantare singulorum Versuum initium & tum cum alijs prosequi.

10. Finito Sacro, si sint induti superpelliceis, sistunt se ad gradum ante Præbyterium in medio chori, & una cum alijs Ministris Officiatorem ad Sacristiam deducunt. Si autem cantandum *Hæc est præclarum vas*, id in medio intonant, alijs temporibus hoc facit primus Cantor in loco suo.

11. 2dus Cantor, qui per hebdomadam scriptus est, per illam hebdomadam ministrat mensæ.

TITULUS V.

De Versiculariis.

I. DE officio, Versiculariorum vel Ceroferariorum vel Acolythorum, prout in Rubricis ordinariè vocantur, & sunt synonyma, in Missa

in Missa solemnī, sufficienter ibidem dictum est, hoc insuper notato, si Venerabile Sacramentum ante Missam exponendum, candelabra sua in credentia non reponant, nisi postquam data benedictione cum Venerabili Sacerdos illud incensavit, & tunc cum Sacerdote ab incensatione surgente, surgunt, candelabra reponunt, & mox ad altare revertuntur, &c. Verficularius in cornu Epistolæ stans, temporibus suis ministrabit vinum & aquam.

2. Sub Confessione, inclinando & stando, Diacono & Subdiacono se conformabunt. Cæterum sub toto officio Sacerdote genuflectente aut inclinante, & ipsi genuflectent aut se inclinabunt. Sacerdote stante, & ipsi, nisi circa aliquid occupati fuerint stabunt, Sacerdote se à medio ad cornu aut sub incensatione, se ab uno ad aliud latus movente, & ipsi pariformiter se movebunt, ita ut, sive stantes sive se moventes Sacerdotem semper habeant medium. Dum autem est expositum Venerabile Sacramentum, & Sacerdos salutaturus populum paululum à medio mox ad illud reversurus, se movet, necesse non est, ut Ministri à medio recedant.

3. Si Fratres Clerici submissa Ceroferarij fuerint, cum Cantoribus cantant in choro *Alleluja* vel *Tractum*. Cæterum semper maneant ad altare, nisi ob personarum defectum. In cantando *Kyrie*: *Gloria in excelsis Deo* aut *Credo* chorum juvare debeant. Cantato *Alleluja* vel *Tractu* advigilent, ut ita tempestivè cum candelabris de credentia acceptis se sistant ante primum altaris gradum, ne de Rubrica Part. 2. Tit. 6. n. 5. *Præcedentibus Thuriferario & duobus Acolythis cum candelabris accensis vadit, Diaconus cum Subdiacono ad locum Evangelij, aliquid inter mittatur.*

4. Ad Vesperas solemnēs quando altare incensabitur Officiator sicuti ad Missam, præcedentibus Ceroferarijs cum candelis accensis, procedit ad altare, non tamen candelabra mox reponunt, sicuti faciunt ante Missam, sed ea sub incensatione elevata tenent, æqualiter se cum Officiante moventes, ut n. 2. habes, & postquam dictum est *Deus in adjutorium meum intende* ea reponunt; & inchoato jam cantico *Magnificat*: idem est de cantico *Benedictus*. Si Laudes can-

cantentur, se cum Officiatore recipiunt ad altare, eidem ut supra sub incensatione Assistentes tenentque candelabra usque ad finem Collectæ & ante illius clausulam reponunt; si plures sint faciendæ Commemorationes, cantato prius ab ipsis ad singulas Commemorationes Versiculo ad Collectas candelabra recipiunt, iisque finitis reponunt super 2 alt. grad. vel in locis ad hoc deputatis, si Offic. ante grad. Presbyterii Collectam cantet. Si Vesp. non subjungatur Complet. dicto post *Benedicamus, Fidelium animæ* ad latera cum aliis Ministris, manente Officiatore recedunt, & facie ad se versa legunt Antiphonam finalem, si ratione temporis stando sit legenda; si vero sub illa flectendum, absoluto *Pater noster* quod ad se inclinati legunt, omnes flectunt versus altare, sed etsi stando dicta Antiphona legatur, ad Collectam tamen se omnes vertunt ad altare; & eodem modo sicut venerunt revertuntur ad Sacristiam.

5. Si Vesperis subnectatur Completorium, iis finitis revertuntur ad stallam suam & ibidem superpellicea exuunt, & honeste plicata tradunt Acolyths ad Sacristiam deferenda, nisi ratione expositi Venerabilis & benedictionis dandæ congruat, ut iis induti maneant: si in Dominicam incidat duplex, quod non est primæ vel 2dæ classis, nec in foro specialem solemnitatem habet, sub ultimo Psalmo Vesperarum, superpellicea ab Acolyths allata in stallis suis induunt, & finitis Vesperis exuunt.

6. In Vesperis Dominicalibus, non utuntur superpelliceis, nisi forsan ratione Confraternitatis alicubi sit alia consuetudo, aut exponendum Venerabile: in his Vesperis ipsi cum Officiatore cantant *Benedicamus*, quod diebus ferialibus, ut in Adventu, dum sunt Antiphonæ majores O. dictæ, soli cantant.

7. In Matutinis solemnibus cum aliis cantant Invitatorium, ut Titulo præcedenti n. 2. dictum est. In non solemnibus illud legit primus Versicularius.

8. Versum dicturi in Matutinis solemnibus post Psalmos, ad *Sicut erat in principio, &c.* post Hymnos vero, antequam penultimus Hymni versus finitus tempestivè ad medium se conferunt, & facta altari reverentia

Q

verentia, sub ultimo Versu ad latera recedunt cum choro uniformiter inclinaturi ad memoriam sanctissimæ Trinitatis ; & cantato Versiculo, facta altari reverentia, ad stalla revertuntur ; dum Officium legitur, alternatim legunt Antiphonas & Versiculos Nocturnorum, ad Hymnos semper primus Versicularius manens in loco suo. Item post Completorium ad Antiphonas finales de *B. Virgine*, ad *Cælorum candor, &c. Vos Sancti Dei inclyti, &c.* ad *Tota pulchra. Hec est præclarum vas*, & similia primus Versicularius canat Versiculos.

9. Item primus Versicularius quotidie cantat in Prima Martyrologium, & lectionem brevem, in omnibus parvis horis intonat Antiphonam ante Psalmos, & post capitulum dicit Responsorialia, quæ si in medio, cantantur ab utroque Versiculario, ad *Gloria Patri* non inclinant, sed postea. Idem Versicularius lumen dum opus fuerit, Officiatori ministrat.

10. 2dus Versicularius, si quid in medio cantandum tempestive disponit ac signat, quod etiam quilibet facit pro choro suo, ad hunc finem, diligenter inspiciant Directorium, Rubricasque Missalis & Breviarii, ac præsens Cæremoniale ne ex eorū incuria, oriantur in divino Officio confusiones, *Versus & Antiphonas* in 2do choro legendas ipse legit, item *Lectiones* primi Nocturni, nisi tabula Officiorum aliud disponat ; pulsat ad omnes Horas diurnas, item ad *Nunc dimittis*, nisi Acolythus vel alii Laici adsint. Excudit pulveres de stallis, & curam habet lavacri, ne Communitati desit aqua, etiam diebus sabbatinis, dum communitati pedes lavantur, de herbis odoriferis & aqua tempestive providet : quando scribenda tabula, sive ordinaria sive extraordinaria, ipse eum, cujus est scribere, monet, tabulam ad eum deferendo, &c.

11. Versiculariorum insuper officium est per hebdomadam legere ad mensam. Omnes Fratres studiosi, & si Sacerdotes sint, ad officium Versicularii obligantur. In Conventibus ubi non sunt studia aut Novitiatus, juniores Sacerdotes licet sint Prædicatores & Confessarii illud munus obeant secundum tabulæ præscriptum aut Superioris mandatum.

TITU.

TITULUS VI.

De Officio Acolythi seu Thuriferarii.

1. **Q**uid ei sub Missa solemnī agendum sufficienter ibidem dictum est : dum autem Missa canitur, absque Diacono, Subdiacono & Versicularijs, ut in parvis Conventibus, etiam in magnis festiuitatibus quandoque contingit, ipse cum Sacerdote, stans à sinistris eius, facit Confessionem. In cornu Epistolæ stans à dextris eius in plano dicit cum eo *Kyrie eleison*, & omnia facit, quæ Minister Missæ privatæ; si tamen alijs non fuerit occupatus, stat retro post Celebrantem, si talis sit festiuitas, quod adhibendum thus, naviculam, dicens *Benedicite Pater Reverende*, deinde thuribulum temporibus suis ministrat, eumque incensat triplici ductu in principio Missæ, & post Evangelium, sed post incensationem secundam altaris duplici tantum: dum Officiator legit Epistolam iterum se sistit in cornu Epistolæ in fine respondens *Deo gratias*, & librum transfert ad cornu Evangelij; quod dum cantatur stat retro post Celebrantem, & non in cornu Epistolæ ut Minister Missæ privatæ. Et in fine respondet *Laus tibi Christe*. Advertat autem Acolythus, si Dominica Palmarum & diebus sequentibus, dum cantanda Passio, fieret Officium absque ministerio Diaconi & Subdiaconi, nihilominus debeat transferre librum ad cornu Evangelij, in quo Sacerdos tunc cantabit Passionem, & ad finem illius partis, quæ cantatur in tono Evangelij respondebit *Laus tibi Christe*. Quod non respondet in Parasceve.

2. Ante Vesperas solemnēs, tempestive de igne & alijs necessarijs providebit, accendit cereos, valvas chori aperit, stragulum quo altare tegitur, in medio saltem aliquantulum remouet: ante Missam omnino tollitur, proceditque ut ad Missam dictum est. Cum pervenerit ad altare facta genuflexione, mox surgit, quod omnes faciunt, nisi exponendum Venerabile, accedensque ad dexteram Sacerdotis incensum

Q 2

porri-

porrigit: sub incensatione anteriorem partem pluvialis paululum elevat. Incensatione facta in cornu Epistolæ recipit thuribulum & Officiatorem ante imum altaris gradum: vel ante gradum capellæ (si per gradum à choro distinguatur) stantem, factâ ante & post reverentiâ incensat. Quo facto per Versum *Deus in adiutorium* incipit Vesperas, & Acolythus se sistit retro Sacerdotem, ibique consistit usque ad *Gloria Patri, &c.* & dum Officiator ad stallum suum redit, ipse in Sacristia vel alio loco thuribulum reponit. Et si Officiator pluviali indutus fuerit, tempestive revertatur, ut illud post inceptam Antiphonam primam ab ipso recipiat, & super parvum pulpitem decenter expandat. Cereos instipitibus seu Versiculariorum candelabris extinguat, & locum suum in 2do choro inferiori capiat.

3. Ad initium ultimi Psalmi facta Præsidi reverentia, ministrato Officiatori pluviali, si illo usus fuerit, ad Sacristiam vadit ignem præparaturus. Sub Hymno in candelabris cereos accendit, & redit ad Sacristiam.

4. In festis minus principalibus, quando solum ad Hymnum est usus superpelliceorum, ea sub penultimo Psalmo pro Officiatore & Versicularijs adfert locis suis ponenda, quæ sub ultimo Psalmo induunt, reliqua sunt, ut supra: In Dominicis Officiatori tantum datur stola.

5. Cum cantatur Antiphona ad *Magnificat* ad suum locum ante altare summum redit, ibique cum modestia thuribulum ducens Sacerdotem altare incensaturum expectat, facturus ut initio, incensatione facta præcedit Officiatorem extra Presbyterium, deinde eum in stalli suo stantem triplici ductu incensat. Si Venerabile sit expositum, facta prius genuflexione se ad Officiatorem vertit, & non se iterum ad altare vertendo, mox Cantores si superpelliceis induti sint capitis inclinatione invitat primum Cantorem ad descensum, deinde secundum, ita tamen, ne dorsum Venerabili vertat, quos in medio choro existentes incensat singulos, primo ductu primum, 2do secundum, 3tio iterum primum, & sic consequenter triplici ductu, postea ascendit stalla primi chori & prosequitur incensationem ut hætenus
consue-

consuetum, ita ut ante singulas personas thuribulum ducat. Sub finem cantici accipit librum, illumque ambabus manibus suppositis ante pectus defert ad pulpitum, ibidemque stat post Officiatorem. Si Vesperis finitis reverrendum ad Sacristiam, omnes præcedit, & mox regressus extinguit candelas. Si manendum in choro, cantato *Benedicamus* illas extinguit, & superpellicea Versiculariorum & Officiatoris ad Sacristiam defert, nisi sub Completorio maneat Venerabile expositum, tunc tamen candelas extinguit, si sint plures duabus. Et si dum Vesperæ sunt Dominicales prædicta non fiant, tamen sub finem *Magnificat* librum Officiatoris defert ad pulpitum.

6. Acolythus cujus Officium post Nonam sabbati incipit, ahenum pro aqua benedicta & thuribulum mundabit, quod etiam quo ad thuribulum faciet Acolythus extra ordinem scriptus, si infra hebdomadam occurrat solemne festum. Singulis diebus pulsabit ad Missam Conventualem, ad Vesperas tam primas quam 2das, dum sunt cantandæ, item parvam campanellam ad *Ecce nunc* vel *Nunc dimittis*, &c. ad Salutationem Angelicam Vesperæ: cereum B. MARIÆ suo tempore accendet & extinguet, & cum sibi adjuncto per hebdomadam ministrabit mensæ.

7. Advertat Thuriferarius, inquit Cærem. Episcop. l. 1. cap. 23. ut cum daturus est thuribulum in manibus Presbyteri assistentis aut Diaconi, qui mox illud ad manus Sacerdotis altare incensaturi debet porrigere, ponat catenularum summitatem in dextra, thuribulum vero in sinistra dicti Ministri, ut ipse postea Minister commodius ad manus Officiantis contrario modo porrigat, videlicet catenulas in sinistra & thuribulum in dextra: quod Acolythus observabit, si ipse Sacerdoti immediate thuribulum porrigat.



TITULUS VII.

*Quibus diebus Hora solemniter cantanda, et qualia
pro singulis festivitatibus exponenda
sint Paramenta.*

1. **T**otum Officium tam Divinum, quam Nocturnum solemniter cum notis cantatur in festo *Paschatis*, *Pentecostes*, *Corporis Christi*, *Assumptionis B. Mariæ Virginis*, *sanctissimi Patris nostri Francisci*, *Dedicationis & Patroni Ecclesiæ*, & *Nativitatis Domini*. In Conventibus in quibus decem Choristæ adesse nequeunt, non obligabuntur cantare Officium Nocturnum. Tamen in festo *Corporis Christi*, & triduo ante *Pascha Vesperis*, *Matutinum* cantabitur, & si sint pauciores decem, modo iudicio Præsidis commode fieri possit, & concursus populi sic exigat.

2. In *Epiphania* imo & 2do Nocturno excepto, totum Officium cantatur. In festo omnium *Sanctorum & Ascensionis*, *Laudes*.

3. In omnibus alijs festis fori & principalioribus Ordinis, cantantur utraque *Vesperæ*, *Completorium*, *Prima*, & *Hora* quæ præcedit summum sacrum. Diebus *Dominicis* non cantatur *Prima*, reliqua tamen ut in alijs festis cum notis cantanda sunt.

4. In festo *Martyrum Japonensium*, *Paschalis*, *Martyrum Gorcomiensium*, *Ludovici*, *Rosæ Viterb.* 4. Septembr. *Ss. Danielis & Sociorum Martyrum*, *Ioannis Capistrani*, & si quæ alia festa his annumeranda, cantantur *Vesperæ* utraque & *Completorium*. In Conventibus, in quibus sex Choristæ adesse nequeunt, non tenentur cantare Officium diurnum. In festis tamen fori & principalioribus Ordinis, & diebus *Dominicis*, *Missam* & 2das *Vesperas*, & si sint pauciores sex, cantabunt, præsertim si à *Fratribus Laicis*, aut *secularibus* subsidium aliquod in cantu habere possint.

5. Quan-

5. Quando pluviale exponendum : vide Part. 1. Tit. 19. n. 3. ibidem dictis adde, in omnibus solemnibus Exequiis pro defunctis. Et dum excipienda Processio parochialis ut suo loco dicitur.

6. In omnibus alijs festivitatibus tam fori, quam Ordinis, nisi ob Confraternitatem, aut aliam privatam solemnitatem loci, iudicio Guardiani aliter ordinetur, erit solum usus superpellicorum.

7. Quando Vesperæ sunt de Dominica, non est usus superpellicorum, nisi foret Dominica Confraternitatis, & exponendum Venerabile, tum Officiator, Cantores, Versicularij, & Acolythus induuntur superpelliceis; idem fit infra Octavam Corporis Christi, & si altare non incensetur. Sed expositione facta, Officiator redit ad stallum suum, & ibidem per Versum *Deus in adiutorium meum &c.* incipit Vesperas. Si Vesperis Dominicalibus subjungatur processio, ratione processionis utitur pluviali.

8. In Duplicibus incidentibus in Dominicam, quæ non sunt de solemnioribus, superpellicea ad chorum deferuntur per Acolythum, ut in Officio illius dictum est. In Completorio nunquam est usus superpellicorum, nisi sit reponendum Ss. Sacramentum.

9. In Exequiis solemnibus pro Cantoribus exponenda sunt superpellicea.

10. Ante Matutinum solemne Acolythus locis suis ponat superpellicea pro Cantoribus & præterea stolas, si Sacerdotes fuerint: item pro Versicularijs, pro Officiatore albam & stolam, sub ultimo pulsu, vel immediatè ante illum omnes se induunt, deinde Officiator in stallulo suo incipit Matutinum per Versum *Domine labia mea, &c.* Ad *Sicut erat in principio, &c.* Cantores descendunt & invitant Diaconum & Subdiaconum ad cantandum Invitatorium eo modo quo dictum est in officio Cantorum & Versiculariorum, ubi etiam reliqua agenda videri possunt.

11. Lectiones cantari solent per ordinem, vel prout tabula dispo- fuerit. Homiliam Diaconus. 2dus Cantor Lectionem octavam, Officiator ultimam, qui illam lecturus sub Lectione octava induitur pluviali, & assistentibus sibi duobus Versicularijs, cum candelabris & cande-

candelis accensis, dicit *Iube Domne, &c.* & dignior in choro profert verba benedictionis: deinde Officiator manibus supra librum positis, quod & alij faciunt, prosequitur Lectionem. Sub quasi Prælatus Officiator fuerit, ob reverentiam majoris stantis dum legit, stant omnes alij in choro: finita Lectione, Cantores in medio solemniter intonant *Te Deum*.

12. Ad *Dignare Domine die isto*: Officiator pluviali indutus cum Versicularijs tenentibus candelabra, vadit ante medium altaris ut incipiat Laudes, absque eo quod incenset altare. Ad *Benedictus* altare incensat & omnia fiunt ut in Vesperis solemnibus.

13. Circa Horas solennes nihil singulariter dicendum restat, quoniam tam Officiator, quam alij Ministri, ex his quæ de eorum officio modo dicta, & ex quotidiana experientia facile sciunt, quid cuilibet in solemnibus officio agendum.

TITULUS VIII.

De genuflexione.

1. **E**T si Parte I. Tit. 17. *De ordine genuflectendi, sedendi, standi in Missa privata & solemnibus, & alibi sparsim, de genuflexionibus alioque corporali situ jam plura dicta sunt, & alia adhuc dicenda restent, hinc sub proprio titulo ad corporalem situm spectantia breviter collecta hic specificabimus.*

2. In genuflexione reliquum corpus erectum maneat, nisi in speciali addatur aliqua inclinatio.

3. Genuflectitur utroque genu cum terræ osculo quotiescunque chorum intrant vel exeunt: Intrantes post terræ osculum devote paululum orant, v. g. *Adoramus te Domine, &c.* finita oratione non iterum faciunt altari reverentiam, sed surgunt, & facta inclinatione Præsidi ad stalla sua se recipiunt; ubi genuflexi expectant, donec Officiator manu det signum pro inchoando officio. Qui sero veniunt,

unt, factō, ut mox dictum osculo terræ, Præsidi causam sero venientia significant, & facta ei reverentia recedunt, & revertentes ad medium facta altari congrua reverentia, vadunt ad loca sua. Qui coguntur ante Officium finitum exire, facta prius in medio congrua reverentia, nisi forte proximè Præsidi in stallis assistunt, tum enim necesse non est prius ad medium descendere; ei exponunt causam cur exeundum, impetrata licentia recedunt, in Præsbyterio osculantur terram & facta Præsidi inclinatione exeunt.

4. Præterea cum terræ osculo genuflectitur ad elevationem Sacramenti: vide Parte 1. Tit. 17. n. 5. ad benedictionem cum Venerabili Sacramento. Vide Parte 3tia post Tit. 4tum, in Appendice post præ notata, n. 2. quid faciendum à communicaturis & alijs in choro præsentibus, vide Parte 2. de Missa solemni post titulum IOMŪ in Appendice n. 2. & 3.

5. Plures prostrationes in Provincia nostra sunt in laudabili observantia. Ad verba Martyrologij in Vigilia Nativitatis Domini. *Nativitas Domini IESU Christi secundum carnem.* Ad Sacramentalem Confessionem dum Pœnitentes legunt Confiteor. Et deinde dum datur illis sacramentalis absolutio. Item ad *Confiteor*, dum diebus Dominicis fit reconciliatio. Dum *Confiteor* legitur & datur generalis absolutio. Dum ad Capitulum & mensam sero veniunt, dum in Capitulo vel Refectorio suas agnoscunt culpas; quando post preces vespertinas: vel tempore hyemali Vesperi post lectum *De profundis*, aut Concionaturis benedictio datur; ante & post preces in cruce, tam in Refectorio quam Ecclesia &c. humiliter osculantur terram.

6. Id observandum, quod paramentis vel superpelliceis induti nunquam se prosternunt, sed profundè tantum inclinent.

7. Unico genu versus altare flectitur, ad *Flectamus genua.* In Missis Nativitatis Domini sub Evangelio ad verba: *Et Verbum caro factum est.* Et ad eadem verba in festo Annuntiationis *B. M. Virginis.* Item ad *Procidentes* vel *Procidens* adoravit eum. Etiam post Consecrationem, vel si Venerabile expositum sit; quotiescunque veniunt ad medium, vel ab eo recedunt, vel per medium transeunt, non sub Missa

R

tantum

tantum aut alio Officio Divino, sed etiam extra illud semper uno genu flectunt, quod & Cantor Venerabili exposito facit, dum offert Antiphonam ad *Nunc dimittis*, etsi maneat in loco suo.

8. Versus chorum ad orationes utroque genu flectitur in Missis defunctorum & teriarum Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum & Vigiliarum, quæ jejunantur, exceptis Vigilijs Paschæ, Pentecostes, Nativitatis Domini, & Quatuor Temporibus Pentecostes. Vide Parte 1. Tit. 17. n. 5. Prædictis diebus dum post Elevationem versus altare genuflexi oraverunt in cruce, non est necesse, ut ad *Pater noster* se vertant ad chorum, sed versus altare genuflexionem continent usque ad *Pax Domini*, vel *Agnus Dei*. Item versus chorum utroque genu flectitur. Ad *Descendit de Cælis*, usque ad *Et Homo factus est*, inclusivè. In Missa de Spiritu sancto ad Versum: *Veni sancte Spiritus* usque ad finem; ad Tractum *Adjuvanos*. Ad Hymnum, *Veni Creator Spiritus*. Dum vero prædictus Hymnus cantatur pro felici renovatione studiorum, in Investitionibus, Professionibus, aut Confraternitatibus, &c. sint genuflexi versus altare. Ad *Tota pulchra es*. Ad preces & orationes feriales. Ad preces in Officio Defunctorum usque ad ultimum *Requiescant in Pace*. Ad Antiphonas B. M. Virginis. *Salve Regina*. *Alma Redemptoris*. *Ave Regina*, exceptis Dominicis diebus incipiendo à Completorio sabbati inclusivè. In Psalmis Gradualibus ad *Kyrieleson*. Sub Psalmis Pœnitentialibus: quando vero post prandium privatim leguntur, sint genuflexi versus altare, Fratres Novitij & Studiosi post prandium & cœnam extra stalla in medio genuflexi, orant preces in cruce, Psalmos Pœnitentiales, Litanias de B. Virgine: & alia quæ secundum Provinciæ consuetudinem illis temporibus orari solent. Tempore autem Nocturno, quando preces in cruce Recollectioni subjunguntur, manere possunt in stallis suis inferioribus. Ad Salutationem Angelicam post Completorium, nisi sit standum. Ad *De profundis*: post Completorium. Ad *Sacrofancta*. Quando post summum Sacrum datur benedictio cum Venerabili, & deinde à choro receditur, prius *Sacrofancta* legant maneatque genuflexi versus altare.

9. Ad

9. Ad *Te ergo quesumus* usque ad *Redemisti* inclusive, genuflectitur versus chorum, nisi sub hoc versu detur benedictio cum Venerabili Sacramento: tum enim versus altare flectitur. Idem fiat ad *Tantum ergo Sacramentum* (si in Hymno canetur vel legatur, usque ad *Defectui*) Ad Versiculum: *O crux ave spes unica*, usque ad *Dona veniam*, etiam tempore Paschali. Laudabile quoque foret, si flecteretur ad penultimum Versum in Hymno Nativitatis Domini. *Nos quoque qui Sancto tuo, &c.* ita Cæremoniale Romanum.

10. Dum Cantores & alij in medio cantant, ad quæ flectendum est, semper versus altare flectunt.

11. In festo S. Marci & feriis Rogationum sub Litanij usque ad S. MARIA versus altare, ad ea, quæ post processionem cantanda restant, versus chorum flectant; ad omnes alias Litanias, quæ in Ecclesijs nostris frequenter leguntur vel cantantur, flectatur versus altare.

12. Si contingat celebrari ad summum altare, dum in choro leguntur parvæ Horæ, sub Elevatione, non versus altare, sed versus chorum flectatur.

13. Generaliter Sacerdos advertat, quod nunquam dicendo orationes debet manere genuflexus, nisi ubi id specialiter notatum est, sic in Officio hebdomadæ majoris ad orationem *Respice quesumus Domine* Sacerdos genuflectit, alijs autem temporibus ad Versum *Dominus Vobiscum* surgit & stans legit orationem vel orationes.

14. Quodocunque flectunt vultibus ad invicem versis, dum surgunt (non ante, quando flectunt) anteriorem partem stallorum osculantur, manibus super extensis; advertendum, quod omnes simul & æqualiter id ipsum faciant. Quædam adhuc alia de genuflexionibus suis locis dicentur.



TITVLVS IX.

De Inclinationibus.

1. **T**Riplex datur inclinatio sub Officiis Divinis ut Parte 4. dictum est. Una capitis, altera humerorum. 3tia ipsius corporis per profundam incurvationem, profunda autem incurvatio censetur illa, si manus ad genua, si extenderentur, possent pertingere.

2do. Quando ab his qui in stallis stant versus altare fit inclinatio, non fiat profunda sed pro rei exigentia, humerorum aut capitis tantum. Notandum tamen, quod ad nomen *JESUS*, & *Sanguis Christi*: inclinetur, quasiatur, profundè, si versus chorum, mediocriter si versus altare.

3tio. Versus altare mediocriter inclinatur: ad *Humiliate capita vestra Deo*. In fine Collectarum ad illa verba *Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.* vel, *Qui tecum vivit & regnat, &c.* vel, *Qui vivit & regnas* usque ad *Per omnia secula, &c.* exclusive & universaliter ad omnes Collectas sub quibus chorus stat versus altare, sive: *Per eundem Christum Dominum nostrum*, sive per *Qui vivit & regnas, &c.* concludantur. Fit inclinatio, item in Missa ad intonationem Hymni Angelici *Gloria in Excelsis Deo*. Ad *Credo in unum Deum*. Ad benedictionem vero in fine Missæ, idem est ad verba, & *Verbum caro factum est* genuflectatur: unde Cantor Antiphonam *Hec est*, non incipiat, nisi post lecta præ dicta verba. Cantores in medio Antiphonas offerentes altari ante & post oblationem profunde & ei cui offerunt mediocriter inclinant, is cui offertur offerenti caput inclinat si sint paris conditionis. Si verò Offerens sit Sacerdos, & Accipiens non sit, tum Accipiens etiam mediocriter se inclinat Offerenti. Toties, quoties altare majus transeunt, fit profunda inclinatio. Nisi sit expositum **Venerabile**, tum enim flectitur. Nota: inter altare & pulpitum non transitur. Venientes ad domum Capitularem & exeuntes aut per medium vel in aliis locis publicis crucem,

imaginem B. M. V. &c. transeuntes mediocrem faciunt reverentiam. Item Fratres inter se : sive accedentes, recedentes aut transeuntes saltem per capitis inclinationem & caputij depositionem, nisi personæ dignitas majorem requirat, reverentiam faciant. In Matutinis ad benedictiones ante Lectiones & sub clausulis dum dicitur : *Tu autem Domine, &c.* Lector profunde inclinatur. In Prima vero & Completorio, quia Lectiones breves Versicularius suo legit loco, tantum inclinatur mediocriter.

4. Officiator in initio omnium Horarum, postquam dixit *Deus in adjutorium, &c.* & sub initio Collectarum ad *Oremus*, & quotiescunque occurrit in Collecta nomen *JESU, Mariae, Francisci*, caput cruci inclinatur. In reliquis inclinationibus conformabit se choro, nisi quod dum stat in stallo suo transverso ipse versus altare, etsi alij ad se conversi inclinent. Item Versicularij, Cantores, alique postquam Antiphonam, Psalmum aut Hymnum inceperunt versus altare inclinant, quod observandum etsi chorus ad se conversus inclinatur, v. g. ad *Ave maris stella. Salve Regina, &c.* Caput quoque inclinant omnes generaliter toties, quoties in choro stantes se ad altare majus convertunt, vel ab eo se avertunt. Pro quo tamen observandum, ut dum se ab altari avertunt ad faciendam reverentiam v. g. ad nomen *Mariæ, Francisci, &c.* Ant dum se ad altare convertunt, mox facienda sit reverentia v. g. ob clausulas finales Collectarum, tunc ratione aversionis aut conversionis ad altare, non debet fieri alia distincta inclinatio.

5. Versus chorum mediocriter inclinatur humerorum incurvatione ad nomen *MARIÆ*, quod si sanctissimum hoc nomen sub Missa in Evangelio cantatur, versus altare inclinatur. Item ad illa verba : *Salve sancta parens. O gloriosa Domina. Ave maris stella. Regina celi. Salve Regina. Alma Redemptoris. Ave Regina cælorum*, si ad supra dicta retur. Ad clausulas Antiphonarum, *Pro nobis Christum exora. Ora pro nobis Deum.* Item ad Antiphonas *Salve sancte pater. S. Franciscus*, & quotiescunque hoc sanctum nomen exprimitur.

6. Versus chorum profunde inclinatur, quotiescunque legitur sub Officio Divino *Pater noster. Ave Maria. Credo*, nisi ob temporis

occurrentiam sit flectendum. Quodocunque nominatur *Sanctissima Trinitas*, sive in fine Psalmorum, Hymnorum, vel in Antiphonis, Responsoriis, aut alio quocunque modo. Excepto *Symbolo Athanasii*, ubi ob nimias inclinationes alioquin faciendas sufficit detecto capite stare & inclinare in fine ad *Gloria Patri, &c.* Quotiescunque nominatur nomen *IESV, & Sanguis Christi*, si versus chorum stetur. Ad *Sit nomen Domini benedictum*, in Prima. *Dominus nos custodiat*, in Completorio. Semper ad *Gloria Patri*. Ad ultimum Versum omnium Hymnorum terminantium ad *Ss. Trinitatem*. Ad Confessionem tam Sacerdotis, quam chori. Ad absolutionem *Misereatur, &c.* Ad *Indulgentiam, &c.* Ad primam Collectam Missæ & post Communionem. Ad primam Collectam Vesperarum & Laudum, & Collectâ aliarum Horarum. Ad *Pater noster*, & Collectam sub absolutione pro defunctis. Ad illa verba Hymni Angelici *Adoramus te. Gratias agimus tibi. Suscipe deprecationem nostram*. In Præfatione ad *Gratias agimus Domino Deo nostro*. In Symbolo ad *Simul adoratur*. Ad *Benedisamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu*. Post Completorium, dum stando legitur Salutatio B. M. V. dum prima vice pronuntiatum nomen *MARIÆ* mediocriter inclinatur, deinde ad dictum nomen ob continuas alioquin inclinationes, non amplius inclinatur, sed ad nomen *JESUS*, & ad *Verbum caro factum est*: fit profunda inclinatio. Et ad *O salutaris hostia*.

7. Cum sedetur, & aliqua leguntur, ad quæ stantes vel flecterent, vel profunde inclinarent, ut in Missis de cruce, dum Epistola cantatur, *In nomine IESV omne genu flectatur*, sufficit caput inclinare. Dum in Officio pronuntiatum nomen Sancti illius, de quo est Officium, caput inclinatur, quæstatur.

8. Sub precibus Capitularibus ad primam Collectam. Post mensam ad *Gratias agimus tibi*. Ad *Benedictus Deus in donis suis, &c.* Ad *Retribuere dignare, &c.* Ad *Sit nomen Domini benedictum*, semper Ad *Pater noster* versus se invicem profundè inclinant.

9. Notandum quando præscribitur inclinatio capitis, id non ita stricte intelligendum est, saltem pro ijs qui assistunt in choro, ut tantum

tum fiat præcise ipsius capitis inclinatio, sed insuper requiritur aliqualis, etsi non totalis inclinatio humerorum. Transeuntes per chorum dum hic versus se inclinat, etiam illi inclinando se choro conforment.

TITULUS X.

De modo standi.

I. Versus chorum stant omnes, ad, Invitatorium, Hymnos, Psalmos omnes. Dum sine notis sit Officium, quando autem flectendum vel sedendum dicitur suis locis. Ad Antiphonas, Versiculos, absolutiones. Ad benedictiones in Matutino, ad primam 4tam & septimam, etiam ad nonam, si nona Lectio sit Homilia. Ad Responsorialia stant Cantor & Versicularius, qui illa legunt choris alternantibus pro singulis Nocturnis incipiendo à primo. Sub textu Evangelico, donec dicatur *Et reliqua*. Quid agendum ad nonam Lectionem in Matutinis solemnibus, quando Prælatus est Officiator, proprio loco dictum est. Ad *Te Deum laudamus*. *Nonum Responsorium*. *Cantica Benedictus*. *Magnificat*. *Nunc dimittis*. Ad Lectiones & Responsorialia in Officio parvo *B. M. Virginis*. Ad Symbolum Athanasij, Responsorialia brevia & Lectiones breves, excepto Versiculario, qui stat versus altare, ad *Dominus vobiscum* ante Collectam Horarum. Ad *Benedicamus Domino*. Ad *Fidelium anime*, in fine Horarum. Ad illa verba Confessionis Officiatoris *Et vobis Fratres* usque ad *Ideo precor*. Et iterum, ad *Et vos Fratres* usque ad absolutionem *Misereatur tui*, &c. inclusivè. Ad Antiphonas finales & Versiculos de S. Maria tempore Paschali, & extra illud, diebus Dominicis, à Completorio sabbati, idem est de Salutatione Angelica post Completorium. Ad *Divinum auxilium*, &c. *Cælorum candor*. *Vos Sancti*, & in Laudibus & Vesperis ad omnes Commemorationes & Suffragia. Ad Psalmos & preces Capitulares, ad Benedictionem & Gratiarum post mensam.

2. Sub Missa versa ad invicem facie statur ad *Asperges*: vel *Vidi aquam*.

aquam. Ad Introitum. Kyrie. Hymnum Angelicum. Symbolum Nyzenum. Graduale & Alleluja, dum à choro cantantur. Incensationem chori. Sanctus, Agnus Dei. Post Communionem, si cantetur & Antiphonam *Hec est præclarum vas.*

3. Versus altare statur; dum inchoatur Versus: *Domine labia, &c. Converte nos Deus, &c. Deus in adiutorium* usque ad *Gloria Patri* exclusive. Item ad Capitula, ad clausulas Collectarum primarum. Deinde ad omnes Collectas Commemorationum usque ad *Benedicamus Domino* exclusive. Ad Collectam *Dirigere* in prima. Ad Collectas B. M. V. in fine Officij tempore Paschali. Et extra illud diebus Dominicis & Sabbatinis. Ad Collectas de S. Francisco & de Sanctis Ordinis post Completorium. Ita tamen ut non vertant se ad altare, nisi dicto per Officiatorem *Oremus.* Et generaliter ad omnes Collectas, exceptis, prima, & etiam post Communionem prima in Missa, Prima in Laudibus & Vesperis, & ad parvas Horas, ad quas versus chorum fit inclinatio. Item generaliter in Missis versus altare stat chorus, quoties Sacerdos in altari aliquid intonat. Dum intonat *Asperges*: vel *Vidi aquam.* Ad illius Versus *Ostende nobis Domine, &c.* & orationem. In Missa ad *Dominus vobiscum*, ad clausulas orationum, ad Evangelia, Præfationem, nisi fiat incensatio, ut numero præcedenti dictum est. Ad Orationem Dominicam usque ad *Agnus Dei.* Et post *Agnus Dei*, usque ad orationem post Communionem. Ad *Ite Missa est*, & *Deo gratias.* Ad ultimum Evangelium, & ad Collectam post, *Hec est.*

4. Officiator stat. ad Confessionem chori, Absolutiones, Benedictiones, Collectas & Orationes: ut Titulo 7. n. 12. dictum. Tamen ex consuetudine Provinciæ nostræ, tempore vespertino post Litanias. Ad Versus & Collectas *Gratiam tuam quesumus Domine, &c.* & *Sanctissima Genitricis tue Sponsi, &c.* manet genuflexus.

5. Si Missa à Musicis cantetur, sub Introitu, Kyrie, Gloria, Credo & universaliter quando stat, tunc chorus stat versus altare, versus quod etiam flectit, dum flectendum est. Sub Epistola & Offertorio sedet ut alias.

TITULUS XI.

De modo sedendi.

1. **S**ub Horis Canonicis sedetur ad Lectiones & Martyrologium, exceptâ Vigiliâ Nativitatis Domini, de qua suo loco, ad Responsoria, si sit Officium sine notis, Cantore & Versiculario stantibus, dum Responsoria legunt, manentque stantes, donec Officiator benedictionem dedit pro sequenti Lectione ad Responsoria brevia, item ad Responsoria in Officio parvo B. M. V. omnes stant. Si Officium cantetur, etiam ad Responsoria, quæ tum organo luduntur, uterque chorus sedet, versum autem Cantores in medio cantant. Deficiente organo. Alternantibus choris cantentur Responsoria, versum autem cantant Cantor & Versicularius manentes tunc in loco suo.

2. Alternatim sedetur sub Psalmis, quibus etiam annumeratur canticum *Benedicite*. Dum Officium cantatur; excipe *Laudate Dominum de cælis*, & *Laudate Dominum omnes gentes*. Sub Psalmo *Laudate pueri Dominum*, postquam cantatum, *Sit nomen Domini benedictum*, sedere incipiunt. Sub Psalmis Gradualibus usque ad *Kyrie* exclusive. Et sub Vigilijs defunctorum, sub Psalmis, excepto *Laudate Dominum de cælis*, Antiphonis, Lectionibus, Responsorijs, sedet uterque chorus, ad Responsoria alternantibus choris Cantor & Versicularius stant. Si Vigilia solemniter cantentur. Ad Antiphonas statur. Ad Responsoria alternantibus choris statur & sedetur. Ad nonum Responsorium ab utroque choro statur, Cantoribus illud in medio intonantibus, utroque choro prosequente, prout hactenus in Provincia consuetum est.

3. Quando alternatim sedetur, 2dus chorus sedere incipit.

4. In Missa sedetur ad *Epistolam*, & *Prophetias*: *Graduale*: Quod si alternatim cantetur, alternatim statur & sedetur, si pulsetur Organum, sedetur, ad *Tractum* alternatim, ad *Alleluja*, dum id Cantores in

S

medio

medio incipiunt, mox omnes surgunt & prosequuntur, ut moris est. Sub Versu chorus sedet, illius finem iterum chorus stans cantat. Ad *Offertorium*, nisi à choro sit cantandum, eo tamen absoluto sedetur usque ad incensationem, quæ si non fuerit; usque ad Præfationem.

5. Quando communitas sedet, nemini transeunti assurgit, nisi Patri Guardiano: si tamen in choro vel refectorio fuerit præsens R. A. P. Minister Provincialis, Tum Guardiano non assurgit, uti nec Ministro Provinciali, si communitati interfit Reverendissimus Pater Commissarius generalis, sed tum illi, sicut & aliis Sacerdotibus transeuntibus caput tantum inclinatur. Et soli Prælato digniori assurgit.

TITULUS XII.

De discooperiendi et cooperiendi capite.

1. **C**aput non media ex parte, sed totum nudandum est, quando est discooperiendum; & in tegendo, vel denudando, utraque manus, aut minimum dextra adhibetur.
2. Caput denudatur ad initia omnium Horarum usque ad *Alleluja* vel *Laus tibi Christe* inclusivè. Ad Invitatorium, Hymnos, Absolutiones. *Te Deum laudamus*. Psalmum *Laudate Dominum de caelis*, & *Laudate Dominum omnes gentes*. Cantica, *Benedictus*, *Magnificat*, *Nunc dimittis*. Totum Officium parvum B. V. M. *Confessionem*, *Symbolum Athanasij*. Item ad *Preiosa* usque ad finem Primæ. Ad Antiphonas finales B. M. V. ad quorumcunque Sanctorum Commemorationes, & Suffragia communia, ad omnes Collectas. Et generaliter caput denudandum est, quancumque genuflectitur, exceptis Psalmis Pœnitentialibus & recollectione, & quotiescunque fit inclinatio sive versus altare, sive versus chorum. Si Venerabile sit expositum semper sunt capite detecto. Dum aliquid legunt vel cantant in medio, sive Lectiones sive aliquid aliud, vel dum soli in locis suis legunt Antiphonas, Responsorialia, &c. caput detegunt. Item quotiescunque
accedunt

accedunt vel transeunt per medium sive in choro, sive in Refectorio, &c.

3. Sub mensa sunt capite detecto ad benedictionem usque dum Præses signum dederit pro apponendis cibis. Dum Præses Communitatem alloquitur. Dum tabula Officiorum vel Patentes seu Mandata generalium, Prælatorum vel R. P. Ministri Provincialis leguntur. Post lectam Regulam ad ejus confirmationem, post lectum Testamentum ad benedictionem & maledictionem & ad verba exhortativa sanctissimi Patris nostri. Post mensam dum leguntur gratiæ. Tempore refectiois ad nomina JESUS, MARIA, &c. caput non denudatur sed tantum inclinatur.

4. In Missa: ad omnes Collectas. Ad Hymnum Angelicum, Evangelium, Symbolum, Præfationem, & à tintinnatione præliminari usque ad finem. Ad *Hæc est, &c.* & generaliter ad omnia tam in Missa, quam Horis, ad quæ nos ad altare convertimus aut inclinamus.

5. Quando præterea caput denudandum v. g. transeundo templum, cæmeterium: imagines Crucifixi, B. M. V. &c. aut alias honestas personas, devotio & urbanitas cuius dictabit.

6. Qui ob senium, aut quia catharrosi, aut ob aliam justam causam ad omnia supra dicta non possent absque notabili gravamine esse capite detecto, causam Superiori significant & habeantur excusati.

7. Ad alia hic non expressa, nisi honestas in quibusdam circumstantijs vel occurrentijs aliud dicitur, poterunt esse capite tecto vel nudato, prout cuilibet fuerit commodum.

TITULUS XIII.

De Clamydam depositione.

1. **F**Ratres Sacerdotes Clerici & Laici sub Instructore existentes, à festo *Philippi & Jacobi* usque ad festum *Michaelis* in Conventu

S 2

non

non utuntur pallijs. Idem per totum annum ad domum Capitularem quando servandum Capitulum & ad Refectorium sine pallijs conveniunt : à festo tamen *Michaëlis* usque ad Majum exclusive , si in frigore commesturi , poterunt ad domum Capitularem pro legendo *De profundis* , & ad Refectorium palliati accedere. Ingressuri calefactorium , exceptis Prælati & Senibus pallium deponant.

2. Qui pulsant , lampadem , aut candelas in altari accendunt aut extinguunt. Qui in medio chori aliquid legunt vel cantant. Cantores dum in medio Antiphonas offerunt. Semper ad preces in cruce. Ad omnem expositionem & repositionem Venerabilis Sacramenti. Dum quis in Communitate culpam agnoscit aut pœnitet aut benedictionem petit. Lector mensæ ad *Iube Domne benedicere* , & finitâ mensâ ad *Tu autem Domine*. Ille cujus leguntur obedientiales, ad verba *TIBI IN VIRTUTE Sanctæ Obedientiæ* , dum admittendus ad professionem , aut sacros ordines vel per obedientiam ad alium Conventum migraturus consuetam facit petitionem. Ad Confessionem sacramentalem , item dum datur absolutio generalis. Qui ingrediuntur cameras A. R. P. Ministri Provincialis. Item Fratres Clerici & Laici sub Instructore ingredienti camera P. Guardiani chlamydem deponunt.

3. Ordinarij Ministri mensæ, item qui apponunt panes, cerevisiam fundunt , aut quid notabile ministrant Communitati, deponunt chlamydem , qui vero extra ordinem aliquid parvi momenti ministrant, aut portionem aliquam ab uno ad aliud latus deferunt , &c. necesse non est , quod idcirco Clamydem deponant.

3. Officiator chlamydem deponit dum Officiû inchoat, & ad Collectas Fratres interserviunt Sacris in Ecclesiis nostris sine clamyde, quam in alienis non deponunt.

TITULUS XIV.

De Signo Crucis formando.

1. **P**ollice omnes os signant signo crucis dum dicitur, *Domine labia :*
item ille qui oscitat. Pectus pollice signat , dum sonus horæ
auditur,

auditur, & dum tonitru ingruit. Frontem vero, os, & pectus signant ante Evangelium dum dicitur *Sequentia sancti Evangelij.*

2. Extensa manu crux formatur cum Officiatore in principio omnium Horarum, dum dicitur *Deus in adjutorium.* In Prima & Completorio ante *Confiteor* ad verba *Adjutorium nostrum.* Non vero quando idem dicitur in precibus, vel Psalmis nec post orationem *Sancta Maria: Omnes sancti, &c.* Dum ter repetitur *Deus in Adjutorium.* Item extensa manu se signant post *Confiteor* ad illa verba: *Indulgentiam, &c.* Ad *Dominus nos benedicat. & Benedicat & Custodiat nos.* Ad benedictionem Missæ, ad illa verba *In Nomine Patris, &c.* In ingressu & egressu Ecclesiæ ad sumptionem aquæ benedictæ. Quoties benedictio datur cum Venerabili Sacramento. Ante & post orationem in Cruce, ante scilicet, post terræ osculum, post vero antequam terram osculentur. Ad mensam dum dicitur *Benedic Domine nos.*

TITULUS XV.

De usu Campanarum.

1. Ad matutinum pulsatur major campana bis, ita ut in puncto duodecimæ ultimus pulsus detur per *Miserere* pro ut omnes pulsus debent esse aliquantulum prolixi, sub *Te Deum Laudamus* usque ad *Pleni sunt Cæli.* Dum vero matutinum cantatur usque ad *Te ergo quesumus,* & tum pulsatur utraque campana, sicut etiam in illis festivitibus 2dus pulsus ad matutinum datur utrâque campanâ, ad vespertas quoque bis pulsatur, & in magnis festivitibus 2dus pulsus fit utrâque campanâ, si altare sit incensandum ultimus pulsus protrahatur, usque dum Sacerdos est ad altare. Officiator non incipit Officium sive matutinum, sive alias horas nisi ultimo pulsu finito, qui ordinarie ultra unum *Miserere* non est protrahendus.

2. Quadrante ante Sextam pulsatur campana minor pro prima Missa, eritque simul signum ad legendum *Ave maris stella:* juxta Provinciam

vinciæ consuetudinem. In puncto horæ sextæ major campana unico pulsu pulsatur ad Primam : ad alias verò horas , si divisim legantur bis pulsatur : mediante semper morâ inter pulsum & pulsum.

3. Si in quibusdam Conventibus Missæ Conventuali non præmittatur hora , dantur ad eam duo pulsus , singuli protrahendi per tria circiter *Miserere* , si Missa jungatur Primæ & Tertiæ , tum ad Martyrologium non pulsatur , sed sub toto secundo Psalmo Tertiæ datur ultimus pulsus. Si alia Hora Missæ Conventuali præmittatur , & ad illam fit bis pulsatum , ad Missam non pulsatur nisi semel , sub 2do illius Horæ Psalmo , si Officium de Domina sequatur , pulsus fit sub ultimo Psalmo. In magnis festiuitatibus ultimus pulsus fiat utraque campana. Semper Missæ Conventuali præmittitur trina tintinnatio per congrua intervalla : Similiter trinæ tintinnationes sub hac missa fiunt , prima ad *Sanctus* , 2da ad elevationem hostiæ , 3tia ad elevationem calicis , sic ut ad quamlibet tintinnationem sexies , decies , plus minus una pars campanæ tangatur.

4. Mane horâ stâ in honorem Salutationis Angelicæ , horâ duodecima in honorem Passionis , adeoque semper etiam tempore Paschali erit oratio *Respice quæsumus* & Versus, *Qui passus est pro nobis*, &c. Post Completorium in honorem ejusdem Salutationis Angelicæ , minori campana pulsatur per *Miserere*. Huic pulsui præmittitur trina tintinnatio campana majori , inter quas ponatur mora unius *Ave Maria* Loco hujus pulsus triduo ante Pascha fit signum crepitaculo. Ad Completorium non pulsatur , nisi à Vesperis separatim cantetur.

5. major campana in puncto obitus alicujus Fratris pulsatur præmissa tintinnatione , quæ uno tractu fit circiter vigesies , pulsatur vero circiter per medium quadrantem horæ uno pulsu : quod si Frater ille mortuus fuerit de nocte sequenti mane post pulsum Salutationis Angelicæ , parvula mora interposita , fit tintinnatio & pulsus pro defuncto , quando funus ad Ecclesiam defertur , & dum terræ traditur , aut dum fit solemnis absolutio , utraque campana pulsatur.

6. In Vigilia festorum Ordinis , quibus Indulgentiæ conceduntur Sæcularibus , item Dedicationis & Patroni Ecclesiæ , & pridie Dominicæ

Confraternitatis, vesperi hora 7^{ima}, de hyeme vero hora sexta, seu post vespertinam collationem, tribus pausis magis vel minus prolixis pro qualitate festorum pulsatur utraque campana. Dum vero in Ecclesiis nostris servandæ preces solemnes: pridie fit unus pulsus utraque campana per medium quadrantem circiter.

7. Ad tonitru pulsatur major campana præmissa tintinnatione quod si circa nonam vel decimam noctis gravius tonitru ingruat, arbitrio Superioris accenduntur cerei benedicti & poterit legi matutinum.

8. In processibus in Ordine nostro servari solitis pulsatur utraque campana ab egressu Celebrantis à choro usque ad ejusdem regressum; nisi via qua fit processio esset nimis longa & ab Ecclesia remotior, tunc enim pulsatur tantum in egressu & regressu. Ad processiones civitatis, quas cohonestare solemus hora competente ante egressum tribus vicibus tintinnatur, ut Fratres ad chorum tempestivè convenire possint, Communitate verò egrediente, sicut & regrediente, pulsatur major campana, quodcumque vero processiones solemnes transeunt Conventum, præsertim dum transit Clerus cum Venerabili Sacramento, eodem modo quando processiones veniunt ad Ecclesias nostras tam in ingressu - quam egressu pulsatur utraque campana.

9. Ad Conciones habendas post missam, bis, primo ad Evangelium, ultimo ad post Communionem, ad eas quæ habendæ post Vesperas tantum semel circiter ad *Magnificat* pulsatur majori campana. Post pulsus tertio tintinnatur. Omnes etiam campanæ pulsantur ad *Gloria in Excelsis*: feria 5^{ta} in Cœna Domini, Sabbato sancto, & in Vigilia Pentecostes sed ratione Sabbati sancti vide dicta Part. 3. Titulo 6. n. II.

10. Minor campana Ecclesiæ pulsatur pro Missis privatis juxta ordinem in tabula obedientiæ designatum. Circa hunc pulsus advertendum, ut dum datur hora 10, pro ultimo sacro; Sacerdos non accedat ad altare, nisi sub 2^{do} Psalmo Sextæ: *Quomodo dilexi*. Durant autem pulsus ad Missas privatas, minimum per medium *Miserere*. Item in Completorio ad Psalmum *Ecce nunc benedicite*, vel si adjungatur

tur

tur Officium de Domina ad *Nunc dimittis*. Quo signo audito Fratres Laici laboribus relictis in choro comparebunt.

11. Minori etiam campana tintinnatur pro benedictione Venerabilis Sacramenti quando exponendum aut reponendum est, tintinnatio illa debet fieri tempestivè ita ut immediate post primum pulsum, si bis solum pulsetur tam ad Missam quam ad Vesperas fiat. Quod idem notandum in repositione, ut si post Sacrum habeatur Concio, antequam pro illa ultima vice pulsetur fiat tintinnatio, post Completorium vero ad *Cælorum candor* vigesies minimum ab una parte campanam tangendo.

12. Si sit disciplina, mane postquam Fratres excitati fuerint, à portario per unum *Pater noster* pulsetur campana: Refectorij, si insuper erit Capitulum P. Vicarij, subjungatur tintinnatio unica per unum *Pater noster*: ferijs VI. vel sabbato ad Capitulum P. Guardiani fiet tintinnatio duplex: Si P. Guardianus feria 2da vel 4ta Capitulum servare voluerit, quod ei liberum erit, fiet tintinnatio 2plex, ut omnibus innotescat P. Guardianum servaturum Capitulum, & omnes, alioquin à Capitulo Vicarij juxta Provinciæ consuetudinem liberi, comparere tenebuntur: si R. A. P. Minister Provinciæ Capitulum servare voluerit fiet tintinnatio triplex. Si tempore aliquo extraordinario convocandi soli Fratres Clerici v. g. ad laborem: fit una tintinnatio. Si tota Communitas v. g. assistendum Moribundo, vel aliam ob causam fit tintinnatio duplex.

13. Eadem campanella horis consuetis fit pulsus pro prandio & cœna per moram unius *Miserere*: item ad scholas aut convocationem pro Novitijs vel Fratribus junioribus, eadem etiam campanella vespere hora 7tima, & prima pomeridiana (exceptis diebus festivis, quibus semper silentium est) dantur pulsus pro silentio.



TITU.

TITULUS XVI.

De Psalmodia et Organo.

1. **T**onos Psalmorum, Hymnorum, Canticorum, Epistolæ : Evangelij, &c. vide in Cantorali Colonienſi : quod Alma Provincia noſtra recipit.
2. Attendatur à Superioribus localibus, ut pro ratione & qualitate feſtorum Tractum cantetur & legatur, caveaturque omnino præcipitania, ſicut & protractio deformis præſertim ultimarum ſyllabarum, ſed protracta paululum prima & penultima Verſus ſyllaba, alia cantentur & legantur uniformiter & æqualiter, nec unus alium præveniat in reſumendo, nec in finiendo ſequatur, ſed attendatur ad Præſidem vel Senioreſem cujuſcunq; chori. Id vero ſingulariter cavendum, ne unus chorus reſumat, antequam alter chorus Verſum ſuum finivit.
3. Qui intonat, ſive Officiator ſit, ſive Cantor, advertat, ut moderatum tonum ſervet, ne ſcilicet nimis ſit altus vel demiffus, & quantum fieri poteſt, ſemper ſit idem & æqualis. Si tamen à primo tono, quod ſumme cavendum, deviatum fuerit; non à quovis pro ſuo arbitrio, ſed à Præſide, vel ad ſignum ab ipſo datum, à Cantore reſumatur, pro ut fuerat inchoatum : differentia feſtorum, non tam per vocis elevationem vel ſubmiſſionem, quàm per protractionem & debitam pauſarum gravitatem fiat.
4. Initia Horarum *Domine labia, &c. Converte nos, &c. Deus in adjutorium* uſque ad *Alleluja* vel *Laus tibi Domine*, incluſive, idem eſt de canticis *Magnificat, Nunc dimittis & Benedictus* paulo Tractius dicantur quam alia : caveatur nihilominus, illa inordinata protractio, & quaſi in ſingulis ſyllabis paulatio dum Officium canitur in initio Horarum; & præcipue ad Verſum *Et cum ſpiritu tuo*, neque aliam convenit fieri protractionem in reſponſione, quam fuerit facta in inchoatione ab ipſo Officiatore.

T

5. Ca-

5. Caveat singulariter Organista, ne lusum organi indebite protrahat, aut nimium accelerando finiat, singulariter sub Missa attendat ad Sacerdotem, ut dum ille legenda vel agenda absolverit, Organista quoque det tonum finalem, casu tamen, quo non nihil protraheretur, Officiator tamdiu subsistet, nec aliquid intonabit, antequam Organista dederit tonum finalem.

6. In Missis & Officijs defunctorum, in Dominicis Adventus & Quadragesimæ, excepta 3tia Adventus, quæ dicitur *Gaudete*, & quarta Quadragesimæ, quæ dicitur, *Letare*, non est ulus organi. Uti nec in festis simplicibus aut seriis etiam Paschalibus, excepta feria 5ta in Cœna Domini ad *Gloria in Excelsis*, & Sabbato sancto. In Dominicis Confraternitatis, etsi in Adventu aut Quadragesima occurrentibus, poterit adhiberi organum. In vesperis Dominicalibus pulsetur organum ad *Hymnum* & ad *Magnificat* tantum. In aliis solemnibus Vesperis & Laudibus organum pulsetur in fine cujuslibet Psalmi, & alternatim ad singulos Versus Hymnorum & Canticorum, ita dum Cantores primum Versum Hymnorum vel Canticorum, idem est de sequentiis. Inceperunt organum eundem Versum prosequatur. Secundum Versum cantat Chorus & sic deinceps.

7. In Missa luditur organo hoc modo, cantato Introitu cum Versibus Organista Introitum resumit, & deinde ludit primum *Kyrie*. Idem est de *Gloria in Excelsis*, & deinde alternatim cantatur & pulsetur. Finita Epistola, ante & iterum post cantatum *Alleluja* luditur organo, ad *Sequentiam* si dicenda sit alternatim pulsetur. Item sub Offertorio usque ad Præfationem, ad primum & tertium *Sanctus*: deinde postquam cantatum à choro *Pleni sunt, &c.* resumitur organum, usque ad *Per omnia secula ante Pater noster*, advertat tamen Organista, ut sub elevatione modestiori ac suaviori sono pulsetur: Tum iterum sub primo & tertio *Agnus Dei*, usque dum dicendus est Versiculus *Dominus vobiscum*.

9. Dum Matutinum & Laudes cantantur, adhibetur organum. Ad Hymnos, Antiphonas, post Psalmos, & ad Cantica pulsetur ut n. 6. dictum est: & juxta Provinciæ nostræ consuetudinem Responsoria pulsentur organo, Versus vero integri cantantur. In Conventi-

ribus minoribus ubi adesse nequeunt octo Choristæ in Matutinis tenebrosis triduo ante Pascha, Responsorialia quoque, etsi tristi tono organo ludi possent. In quibusdam quoque solemnioribus festis, etsi Matutinum & Laudes non cantentur ad *Te Deum laudamus* organum pulsari solet.

10. Ad parvas Horas non est consuetum interponere organum: Hymnus *Veni Creator* per Octavam Pentecostes, tam in Vesperis quam ad Tertiam integer cantatur; aliis temporibus, dum cantandus, poterit adhiberi organum: dum Completorium cantatur. Est usus organi ad Hymnum *Te lucis*. Et canticum *Nunc dimittis* alternatim. Antiphona *Salva nos* ab organo repetitur. Ad Antiphonas finales de B. Virgine semper pulsari debet organum exceptis simplicibus & ferialibus diebus. Dicto Versu, Collecta, & divinum auxilium, &c. Quando Chorus legit secreto: *Pater noster*, *Ave Maria*, & *Credo* pulsabitur organum. Quo silente Chorus incipit *Novum sidus*, &c. usque ad *In volis*, &c. quod iterum luditur organo: post consuetam Collectam, Organista incipit *Vos Sancti*: Chorus deinde cantat *Orate*, &c. in fine iterum pulsatur organum. *Tota pulchra es*: alternatim pulsatur organo & cantatur.

11. Sabbato sancto finita Epistola, absque interventione organi statim à Celebrante intonatur 3tio *Alleluja*, & similiter à Choro toties repetitur: quibus absolutis parumper luditur organo, & mox cantatur Tractus more solito, Tractui subjungitur Evangelium non intercludente Organista,

12. In festis primæ classis aut ob concursum populi solemnibus, ut *Portiuncule* & *S. Antonij*: dum Officiator de Sacristia ad altare progreditur, & dum re divina peracta discedit: convenit pulsari organum.



TITVLVS XVII.

*De modo se habendi tempore Prandii, Cœnæ et
Collationis.*

Hora undecima, nisi ob multitudinem Pœnitentium aut aliam rationabilem causam iudicio Præsidis prandium paululum differendum foret, quod tamen in quantum possibile est, evitabitur; Dispensator ad spatium *Miserere* dat signum campanella Refectorii, & omnes conveniunt in domo Capitulari, ubi sedentes legunt Psalmum de profundis: deinde præsides jungit versum.

V. A porta inferi

R. Erue Domine animas eorum.

V. Requiescant in pace,

R. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Absolve quæsumus Domine animas famulorum famularumque tuarum et omnium fidelium Defunctorum ab omni vinculo delictorum, ut in Resurrectionis gloria inter Sanctos et Electos tuos resuscitati respirent: Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

2. Et

2. Et surgunt omnes factaque cruci reverentia, humerorum inclinatione, vadunt cum silentio bini & bini ad Refectorium, & hinc inde ad latera euntes, antequam se contra invicem verrant, cruci vel imagini, quæ in capite mensæ est faciunt reverentiam, & dum Superior transit, inclinant. Dum omnes constiterunt, Officiator incipit *Benedicite* & cætera ut in usu Romano pro tempore consuetum: & dum dicit *Benedic nos*, omnes se signant signo crucis. Dum dicit *Hæc tua dona* facit crucem super panem & cerevisiam. In Conventibus in quibus domus Capitularis non est, conveniunt in Refectorio, ubi stantes legunt *De profundis* & alia faciunt, ut dictum est.

3. Lector in medio Refectorij deposito pallio dicit, *Iube Domne benedicere*, & profunde versus crucem inclinat, donec Officiator benedictionem absolverit, tunc omnes sedent ordine debito ad mensam, sic tamen ut extra casus necessitatis, nunquam contra se invicem, sed ad unum tantum mensæ latus sedeant, lector mensæ ascendit Cathedralam & omnibus sedentibus, ipse stans legit unam vel alteram periodum, tum Præses dat signum cultro mensam tangens, quo dato, si qui culpam habent, se prosternunt & post terræ osculum se erigentes genuflexi eam humiliter & intelligibiliter coram Præsidi agnoscunt, omnibus tamdiu ab actione quacunque vacantibus, quod etiam faciunt dum Præses Communitatem alloquitur. Si nulli culpam habeant; statim juniores Laici vel Clerici fundunt cerevisiam & apponunt panem. Minister antequam ullam portionem ad primam mensam deferat, 2dam portionem, etsi fieri potest simul etiam 3tiam præbet 2do Lectori & Ministro mensæ. Deinde assumens asserem, primam portionem sumendam præbet Præsidi; etsi adsit Pater Provinciae, illi 2dam, alioquin sine delectu personarum & portionum, vadit Minister ad dextram suam, quæ est sinistra Præsidis, ubi singuli, eo ordine, quo portiones in asserem collocatæ eas sumunt, deinde revertitur ad sinistram suam, præbetque portiones reliquis, qui in prima mensa sedent ad dexteram Præsidis: & tum consequenter iis qui sedent in mensa laterali. Si adsit Reverendissimus P. Commissarius Generalis, aut R. A. P. Minister Provincialis, illi servit junior Sacerdos, si

uterque interfuit Communitati, tunc Reverendissimo P. Commissario tantum servitur à Sacerdote.

4. 2dus Minister mensæ tollit scutellas : nec decet, quod in conspectu discumbentium ex pluribus scutellis colligat reliquias ciborum, ut sic scutellas in asserere accumulare suumque Officium citius expedire valeat, id enim honestati repugnat; sublatis ex parte scutellis, consideret ciborum qualitatem, ut inde prudenter concludat, quando sit tempus pro altera vice offerendi cerevisiam. Nisi ob numerosam Communitatem, alius pro 2da infusione deputatus sit.

5. Quando Præses componit mappam, signum est, Communitatem prandium absolvisse, & Lector mensæ cessat à lectione. Qui pœnitentiam fecerunt, jubentur surgere, & Fratres Laici (nisi ob senium aut aliam justam causam à Superiore eximantur) sicut & Fratres Clerici juniores tollunt mensam, quod ordinatè & absque strepitu fiat, deinde Præses bis pulsando mensam, dat signum (Sacerdotibus & hospitibus exceptis) surgendi & pocula auferendi : nullus accipiet plura quam bina qualiber manu. Mox unus guttulas, quæ forte ex poculis defluerunt, spongia abstergit, & alter scopulis colligit de mensa micas. Omnibus sublatis, primum Pœnitentes si sint, deinde Lectores & Ministri mensæ suas agnoscunt culpas.

6. Deinde Præses, nisi aliquid dicendum sit, dat signum, & Lector mensæ accedens ad medium præ via inclinatione dicit *Tu autem Domine Miserere nobis*, & facta iterum inclinatione recedit ad latus, interim respondetur *Deo gratias*. Quo dicto omnes surgunt, & facta cruci inclinatione se ad latera sistunt & Officiator prosequitur juxta Breviarium Romanum. Dum Psalmum *Miserere mei Deus* incepit, omnes simul versus crucem inclinant humeros & vadunt bini & bini ad chorum ibidemque gratias absolvunt. Dictis gratijs juxta Provinciæ consuetudinem oratur in cruce, & postmodum leguntur Psalmi Pœnitentiales.

7. In cœna omnia ut in prandio, excepto quod *Gratias*, Communitas dicat in Refectorio, post *Gratias* dicitur canticum *Magnificat*, & vadunt bini & bini ad chorum. Post *Magnificat* dicitur Hymnus *O gloriosa*

gloriosa Domina & Antiphona *Sub tuum praesidium* & Officiator loco suo in choro dicit :

ψ. *Ora pro nobis sancta Dei Genitrix,*

℞. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

Oremus. *Concede misericors Deus fragilitati praesidium, &c.* Per eundem, &c. Deinde leguntur preces in cruce, post illas Litaniam de B. Virgine cum consueta Antiphonis Versibus & Collectis. Ad Collectam *Sanctissima Genitricis tua sponsi, &c.* Fratres juniores se prosterunt, qua absoluta, P. Guardianus; ipso absente: P. Vicarius: utroque absente, dignior Sacerdos dat benedictionem, tempore hyemali post preces in cruce legitur aliquid ex pio libello pro Recollectione, hac finita, leguntur Litaniam, & alia ut supra.

8. Dato signo pro collatione omnes ad Refectorium conveniunt, ubi se lateraliter sistant, usque dum Praeses vadit ad locum suum, quod & alij faciunt, omnibus sedentibus Lector legit unam vel alteram periodum, deinde dicit, *Benedicite*, Officiator respondet *Potum servorum suorum benedicat Rex Angelorum*, faciens crucem super potum, qui prae-
vie positus fuit in medio Refectorij, & à Communitate respondetur *Amen*; & mox Ministri mensae fundunt cerevisiam, cum Lector aliquantis perlegit, Praeses jubet eum sumere collationem, dicens: *Sumat collationem*, qui sumpta collationis parte continuat lectionem, donec Praeses iterum dicat *Bibat si placet*, & tum pro altera vice Minister mensae fundit cerevisiam, Lector vero iterum pergit legere, donec Praeses dicat: *Perficiat collationem*. Quo dicto tollitur mensa, Lector autem peracta collatione legit Martyrologium. Deinde Praeses dicit *Bibant volentes*, & paulo post dat signum pro tollendis poculis, quibus sublatis, & postquam Lector & Minister mensae agnoverunt culpas, Praeses dat signum, cum omnibus surgit & incipit Psalmum *Miserere mei Deus*, & facta cruci reverentia, bini & bini vadunt ad chorum; leguntur orationes in cruce, & alia fiunt ut supra.

9. In Vigilia festi Corporis Christi, & in majori hebdomada quando vesperi cantatur Matutinum, tunc illo absoluto sumetur à Communitate collatio, & non immediate post finitum Completorium.

10. In

10. In 2da mensa pro hospitibus, aliquantisper legatur ex pio aliquo libro, deinde Præses dicit, *Tu autem Domine miserere nobis.* &c. *Deo gratias* & religiose colloquuntur.

11. Dum sub prandio audito horæ duodecimæ pulsu tintinnatur in nostra Ecclesia, Præses mensæ dat aliquod signum & Fratres Laici & Clerici qui sedent in extremitatibus mensæ in medio stantes vel genuflexi pro ratione temporis junctis manibus orant *Pater noster*, alij verò qui ad mensam manent, audito Præsidis signo à comestione cessant, & junctis manibus orant orationem Domin. vel Antiph. *Christus factus* cum tertio *Ave Maria* distribuendo Antiph. & orat. Angel. prout fit sub Angelus Dñi, subjungitur Vers. *Proprio filio.* & Collecta *Respice quasi.*

12. Sub mensa strictissimum servandum silentium, & à risu omniq; inordinata actione abstinendum.

TITULUS XVIII.

De Lectione Mensali.

1. **L**ectiones ad mensam sub Prandio sunt quatuor, sub Cœna & Collatione tres.

2. Lectio prima semper est ex sacra Scriptura cum Postilla; sub prandio ex veteri, sub cœna & collatione ex novo Testamento. 2da sub prandio ex Medulla S. Evangelij Patris de Noye, vel alio pio Authore idiomate latino. 3tia. Martyrologium. 4ta. Vita Sanctorum. Sub cœna & collatione 2da Lectio Martyrologium, tertia germanica ex Patre Rodericio Soc. Jes. vel alio pio Asceta.

3. Hic modus servatur semper exceptis temporibus & diebus mox specificandis quibus 2da Lectio sub prandio & 3tia sub cœna & collatione frequenter variatur vel aliqua ex toto omittitur. Itaque

4. 2da Lectio est ex S. Bernardo in festis Circumcisionis Domini, Epiphaniæ & per Octavam: Conversionis S. Pauli: Purificationis B. M. V. Feria 4ta Cinerum & sequentibus ferijs 5ta & sexta & Sabbato: quibus leguntur sermones qui habentur in capite jejunijs.

5to. A Dominica 1ma Quadragesimæ usque ad Dominicam quartam

tam leguntur ex S. Bernado sermones in Psalmum *Qui habitat* : à Dominica quarta ad Feriam 5tam in Coena Domini exclusive ex Authore pio scribente de Passione Domini idiomate germanico Antonio de Guevarra, Stanishurstio vel alio exceptis Dominica in Palmis & festo Annuntiationis B. M. Virg. in quibus 2da Lectio ex S. Bernado.

6. In Coena Domini sub toto prandio & coena ex S. Bernado sermones *Hi sunt dies : Sedisti ad mensam divitis.*

7. Feria 6ta Parasceves sermo ex S. Bernado de Passione Domini : sub collatione de Lamentatione Virginis MARIÆ totum sine cantu.

8. In Vigilia Paschæ sunt 4. Lectiones uti alijs temporibus, 2da ex S. Bernado de 7tem signaculis quæ solvit Agnus : & continuatur 2da Lect. ex eodem S. Bernard. Dominica Paschæ Feriâ secundâ & tertiâ.

9. In festo Ascensionis, Pentecostes Feriâ 2dâ & 3tiâ, 2da Lectio ex S. Bernado.

10. In festo Corporis Christi & per Octavam, 2da Lectio ex libro 4. Thomæ à Kempis.

11. In festis Nativitatis S. Joannis Baptistæ, Ss. Apostolorum Petri & Pauli, S. Mariæ Magdalenzæ, Assumptionis & Nativitatis Bñæ Virginis MARIÆ, S. Michaelis Archangeli, Omnium Sanctorum (omissis 3tio & quarto sermonibus) in festo Nativitatis Domini nostri JESU CHRISTI & per Octavam 2da Lectio ex S. Bernado.

12. A primo May leguntur sub prandio Declarationes in Regulam Nicolai III. Clementis V. Innocentij XI. & XII. Statuta Generalia & Provincialia, & deinde Divus Bonavent. *De sex alis Seraphicis.*

13. A 2do Novemb. iterum Declarationes & Statuta ut supra. Post Statuta legitur Expositio R. Patris Kerckhove in Regulam idiomate germanico.

Observe : dum & quamdiu Declarationes Regulæ : Expositio leguntur, nulla alia Lectio legitur excepta Scriptura sancta & Martyrologio. Scripturæ quoque Lectio non diu protrahatur, sed post

quinque aut sex Versus cum correspondente Postilla, statim ad præmissa procedatur.

14. Absoluta Expositione in Regulam legitur vesperi Speculum Disciplinæ D. Bonaventuræ idiomate germanico.

15. In festis SS. aut Beatorum trium Ordinum, quorum in choro celebratur Officium, legitur vita eorum idiomate germanico ex Cronica R. A. P. Bernard. Sannig. idque ut citius absolvatur vita, in prandio loco 2dæ & 4tæ Lectionis & vesperi loco 3tiæ.

Nota quod si unum festum infra alterius Octavam occurrerit vel vita prioris necdum finita sit tunc continuatur Lectio prioris vitæ, in prandio & vesperi ex posterioris vita legitur & sic consequenter donec utraque sit absoluta.

Vita S. P. N. FRANCISCI in eisdem festo ac per totam Octavam cantatur ac simul sub prandio pro 4ta Lectione, & vesperi pro 3tia idiomate germanico legitur. Finita Octava intermittitur latina Lectio & continuatur germanica ex Patre Sannig.

16. Singulis feriis sextis per annum sub prandio legitur Regula idiomate latino & germanico alternatim: lectâ Regulâ subjungitur forma Professionis sine cantu, licet Regula cantata sit, & legens exprimit nomen suum. Vesperi sub collatione est exhortatio spiritualis vel expositio Regulæ. Observandum quod hanc Lectionem servans eandem inchoet dum Præses Lectori mensæ jubet ut sumat collationem. Lectione finita, jubet, more consueto, ut si placeat bibat.

17. Diebus Sabbatinis legitur Testamentum S. P. N. Francisci & subjunguntur verba exhortatoria ad Fratres cum maledictione contra Fratres male viventes.

18. Notandum generaliter quod si sub cœna primus Lector absolverit primam Lectionem antequam 2dus ascendat, incipiat legere eam quæ pro tertia assignatur. Dum vero 2dus ascendit legit Martyrologium & eo absoluto prosequitur tertiam à primo Lectore inchoatam.

TITU-

TITULUS XIX.

De quibusdam domesticis Consuetudinibus.

1. **C**oncionatores concionaturi, pridie in cœna vel collatione antequam detur signum ad comedendum petunt prostrati benedictionem, post meridiem vero prædicaturi; simili modo eandem petunt ipsa die prædicationis in prandio. Superior stans dat benedictionem per verba: *Dominus sit in corde, &c.* & postquam dixit *In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti*, Communitas respondet *Amen*: si plures sint Concionaturi, benedictionem profert in numero plurali.
2. Concionator quamprimum ad Cathedram venit, format signum S. Crucis à fronte ad pectus dicens clarâ voce: *Im Nahmen des Vatters / &c.* & positis manibus hinc inde supra Cathedræ formam, benè precatur auditoribus dicens latinè & germanicè verba Pauli, 2. Cor. 13. *Gratia Domini nostri IESU Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis, Amen.* Die Gnade unsers Herrn Jesu Christi / und die Liebe Gottes / und die Gemeinschaft des Heiligen Geistes sey mit euch allen / Amen. Et statim subjungit thema, de quo concionari intendit, latinè & germanicè, & postea dicit: *Ehe und zuvor ich von diesen und anderen dergleichen heiligen Worten / Euer Lieb und Andacht etwas weiters fürtrage / wollen wir umb Hülff und Beystand des H. Geistes bitten / fallen auf unsere Knie / und sprechen ein Vatter Unser und Englischen Gruss.* Surgens ab oratione dicit: *Euer Lieb und Andacht stehen auff / und bezeichnen sich mit dem H. Creutz sprechen:* *Im Nahmen / &c.* Formans Crucem à fronte ad pectus, Und hören an die Wort des H. Evangelij / welches uns beschreibet der H. Evangelist / talis, tali capite, und lautet wie folget. Legitque Evangelium de verbo ad verbum, quo finito, sepositoque libro Evangeliorum incipit concionari.

Concione finitâ in Parochijs & ubi moris est, dicit orationem communem germanicè : *Allmächtiger ewiger Gott* / *rc.* & deinde Confessionem generalem : *Ich armer sündiger Mensch* / *rc.* deum dicit : *Misereatur vestri omnipotens, &c. Indulgentiam absolutio-*
nem, &c. & benedicit formans crucem super populum : & recedit. Si verò aliquid sit publicandum, hoc facit Concione finita, antequam dicit orationem vel *Misereatur* : aut si pro aliqua necessitate cum auditoribus orandum est *Pater noster*, hoc fiat antequam dicit *Misereatur* ; ita ut *Misereatur & Indulgentiam* cum benedictione super populum sit ultimata conclusio ; quæ absolutio & benedictio fit, licet oratio vel confessio prædicta non dicatur.

3. Fratres qui sacros Ordines suscepturi sunt, genuflexi coram Communitate precabuntur ;

Reverendissime, præsentè Commissario generali, aut *Reverende* Provinciali præsentè, deinde : *Venerandi Adm. PP. & in Christo dilectissimi Fratres*, rogo vos propter amorem Dei : *Beatissimæ V. Mariae, S. P. N. Francisci & omnium Sanctorum*, quatenus pro me Deum orare dignemini, ut ordo *Sacerdotij, Diaconatus vel Subdiaconatus* quem ex mandato Superiorum suscepturus sum, cedat ad majorem Dei gloriam, Ordinis nostri & totius Ecclesiæ utilitatem & animæ meæ salutem primitias celebraturi omnia ut supra usque ad verbum *Dignemini* inclusivè. Deinde : *ut quia ex voluntate Superiorum crastina die Ss. incruenti Sacrificij primitias Deo oblaturus sum, ad tantum mysterium debite semper celebrandum per Dei gratiam dispositus esse valeam.*

Patres & Fratres migraturi ad alium Conventum : omnia ut supra, usque ad *Omnium Sanctorum* inclusivè. Deinde, ut quia ex obedientia, de hoc Conventu ad alium migraturus sum, si quem meis defectibus quovis modo scandalizaverim vel offenderim, mihi ignoscere Deumque pro me orare dignemini, quatenus hæc obedientiæ ordinatio cedat ad salutem animæ meæ.

Candidati ad habitum vel Fratres Novitij ad Professionem admitti desiderante s, ut supra ; usque ad verba, *Et omnium Sanctorum*, deinde *quatenus me ad habitum probationis (vel professionem) Seraphici Ordinis*

dinis vestri (vel nostri) admittere dignemini, ad agendam pœnitentiam, emendandam vitam meam, & Deo fideliter usque ad mortem serviendum. Postmodum Præses, pro rei exigentia, vel eos exhortatur ad perseverantiam & devotionem, vel v. g. Migraturis agit gratias, vel prout in his vel illis circumstantiis, prudentia dictaverit.

4. Qui sunt ituri foras, præsertim extra civitatem à Præsede Conventus benedictionem perant, idem faciant domum reversi, si verò P. Guardianus foret impeditus, per Portarium eidem reditum suum significare sufficit.

In domo locutoria sit imago Crucifixi aut D. Virginis, ubi Fratres de Conventu exeuntes genuflexi, introitum & exitum suum devotè recommendant hac brevi precandi formula.

V. Vias tuas demonstra nobis,

R. Et semitas tuas edoce nos ;

V. Utinam dirigantur viæ nostræ

R. Ad custodiendas justificationes tuas.

OREMUS.

Iter, actus, et voluntates nostras, quæsumus Domine in salutis tuæ prosperitate dispone, et inter omnes hujus viæ et vitæ varietates, tuo semper protegamur auxilio, per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Cum domum aliquam ingrediuntur, præmittant Salutationem B. Patris nostri in Regula commendatam & his verbis expressam : PAX HUIC DOMUI ; & respondetur à Socio : ET OMNIBUS INHABITANTIBUS EAM. Transeuntes per cœmeteria non obliviscantur psalmi DE PROFUNDIS. Intrans Ecclesias devotè orent : ADORAMUS TE DOMINE, &c.

5. Omnes Patres & Fratres hospites, idem est de ijs, qui triduo à Conventu absentes dum domum revertuntur, cum osculo sancto excipiendi sunt, eo quo sequitur modo : ij qui sunt pares, cum mediocri

U 3

incli-

inclinacione porrigendo sibi manus. Clerici vero & Laici si Sacerdotes excipiunt, vel illis valesfaciunt genuflexi manus osculantur, Sacerdotes vero inclinati eis præbent dextram. Subditi, dum suum Superiorem localem excipiunt, genuflexi manum osculantur, hi parum inclinati eis gratias agant. Si verò Ministrum Provinciale, vel Patrem Provinciæ excipiunt, genuflexi extremum nodum Chordæ apprehendentes osculantur. Fratres hospites à loco hospitij recessuri, non omittant cum gratiarum actione valedicere Superiori & ab eo benedictionem petere.

6. Singulis diebus sabbatinis, vel si per festum fori impediatur feriis 6tis juxta Provinciæ nostræ consuetudinem servatur lotio pedum, hora 3tia campanella Refectorij tintinnatur, interim Versicularij, quorum est pedes lavare de necessariis tempestivè provident. P. Instructor, aut ubi Instructor non est, P. Vicarius junctis manibus dicit
Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Actiones nostras quæsumus aspirando præveni et adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio et operatio à te semper incipiat, et per te cepta finiatur: Per Christum Dominum nostrum. **R. Amen.** Deinde addit: *Adjutoriam nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum et terram.*

Durante Lotione à Fratribus vel Patribus aliquid ex S. Bernardo aut alio pio Auctore legitur. Illa finita, jungitur Psalmus DE PROFUNDIS, cum consuetis Versiculis & Collectis.

7. Item diebus Sabbatinis aut ijs impeditis feriis 6tis, etiam in Vigiliis solemniorum festorum, si infra hebdomadam occurrant, scribitur tabula officiorum communium ut omnia ordinatè fiant.

8. In litterarum inscriptionibus, quam diligenter attendant quousque titulo notari debeat, neque aliquis alio utatur quam in Capitulari

culari tabula præscriptus est. Si scribatur Sacerdoti, cui ratione Officij in tabula titulus non datur, utentur hac formula: Junioribus: Religioso ac in Xto dilecto Patri: Senibus autem Vdo, &c.

Notandum autem quod Patri: si scribant alicui ex nostro Ordine, semper subjungendum Fratri, v. g. Adm. Rdo Patri vel Adm. Ven. Patri, Fratri N. N. &c.

Si extra Provinciam ad Patres, qui sunt de Recollectione litteræ dirigendæ Stricteris Observantiæ omittendum, & loco illius scribendum Fratrum Minorum Recollectorum.

9. Seedulæ Mortuariæ sint humiles, & quantum fieri potest uniformes, sequentis tenoris. Anno reparata salutis Millesimo, &c. die, Mensis, &c. hora, &c. in Conventu nostro Fratrum Minorum Stricteris Observantiæ, consuetis Ecclesiæ Sacramentis ritè præmunitus, inter adstantium Patrum ac Fratrum preces piè in Domino obdormivit, deinde subjungatur titulus, prout alicui ex tabula Capitulari vel Provinciæ consuetudine competit: v. g. Vdus. Adm. Pater Frater, vel Vdus Pater Frater, vel si Clericus aut Laicus fuerit, Religiosus & dilectus nobis in Xto Frater: post titulum N. N. deinde officium, si in actuali officio defungatur, v. g. Guardianus, vel Provinciæ Definitor, Lector, &c. addatur insuper, si titulum alium perpetuum habeat v. g. Lector emeritus, Guardianus emeritus, Lector jubilatus & Provinciæ Pater perpetuus, &c. Ætatis sue Anno, &c. Professionis, &c. Sacerdotij, &c. pro cuius animæ refrigerio precum ac Sacrificiorum vestrorum suffragia petimus propter Deum, paria vestris, ubi requisiti fuerimus, reddere paratissimi. Requiescat in pace.

10. Fratres qui ad Infirmos evocantur, memoriter teneant breves aliquas orationes jaculatorias, & pias mentis ad Deum excitationes, quibus & Infirmus sublevetur & assistentes ad pietatis affectum excitentur. Exhibito necessario obsequio, antequam discedant Infirmum, lectum ejus & cubiculum aspergant aqua benedicta dicentes Antiphonam Asperges me Domine, &c. Aspersione finita manu super Infirmum signum crucis producant, dicendo Benedictio Dei Omnipotentis Patris & Filij & Spiritus sancti descendat super te & maneat semper. Amen.

11. Die

11. Diebus Communionis omnes Fratres Clerici & Laici post primam vel 3tiam in choro convenientes prostrati dicunt CONFITEOR, & absolute à chori Præsidi percepta pro meliori ad sacram Communionem dispositione sese reconciliant, dicendo ignoscat peto defectibus meis propter Deum; & reconciliatione facta orant quinquies *Pater & Ave Maria* in cruce. In locis ubi summum Sacrum immediate jungitur 3tiae, aut ubi ob Sæcularium præsentiam in choro commodè non posset, consultum foret ut reconciliatio fieri mane post lectum *Ave maris stella*.

12. Quando Patentes Litteræ Prælatorum Generalium vel Provincialium in Communitate legendæ, lecturus dum eas de manu Præsidis accipit, primo, manum, deinde se erigens ipsas Patentes Litteras osculatur. Dum lectas reddit, primo eas, deinde manum Præsidis osculatur, ut de osculo manus sub Sacro solemniter dictum est. Si Patentes illæ contineant Mandatum Obedientiæ tangens totam Communitatem, ad verba obedientiam significantia, depositis palliis mox omnes se prosternunt in terram; nisi sederint ad mensam, tum enim satis est deposito Caputio profundè se inclinare. Quod si vero unum vel alterum solum obedientiam tangat, etiam hic de mensa surgens se prosternet, dum vero per obedientiam injungitur, aliquid quod ad ipsius Prælati mandantis Officium spectare videtur v. g. dum ex Mandato Provincialis Guardianus executurus aliquam Sententiam à Provinciali dictatam; dum quis examinaturus Confessarios, &c. sufficit, quod illi, quibus hoc mandatur profundè inclinent.

TITULUS XX.

*Formula Dimissorialium ordinandorum vel
approbandorum.*

*Supplica ad Ordinarium pro ordinandis
Fratribus.*

Reve-

Reverendissime ac Celsissime Princeps, &c.
Domine Clementissime.

EGO *infra scriptus Ordinis Fratrum Minorum strictioris Observantia in Conventu N. Guardianus, prævio sacramentorum manuum osculo humillimè supplico Reverendissimæ Celsitudini Vestræ, ut ad promovendum Dei optimi gloriam, Officii Divini decorem, et Ecclesiæ Orthodoxæ bonum, Religiosos Fratres N. N. Subditos meos legitimè Professos, à R. P. Provinciali designatos, ætate, moribus, doctrina, reliquisque necessariis competenter instructos, ac nulla Ecclesiæ censura innodatos, petitâ præviâ ob Ecclesiæ utilitatem (si sint Subdiaconandi, vel Diaconandi) et necessitatem, (si sint Presbyterandi) in interstitiis dispensatione sacro N. Ordine insignire, clementissimè dignetur. Rogabo vicissim cum Conventu mihi commisso bonorum omnium Remuneratorem Deum, ut Reverendissimam Celsitudinem Vestræ Ecclesiæ et Patriæ diu servet incolumem in terris, et æternum coronet in cælis. Dabam in Conventu nostro N. Anno die sub meo chyrographo ac Conventûs Sigillo.*

Rmæ Celsitudinis Vestræ

minimus Servus.

X

Pro

Pro approbandis Patribus.

Reverendissime, &c.

Cum juxta S. Romanæ Ecclesiæ Ordinationem Confessarii Regulares Sacularium confessiones absque Ordinarii Approbatione nec licite nec valide excipere possint; cumque Provincia (vel Conventus) nostra . . . indigeat Confessariis pro hac N. Diocesi approbatis; Hinc est, quod ego infra scriptus N. humillime supplicem Reverendissimæ Celsitudini (dignitati) Vestræ, ut Religiosos in Xsto Patres, PP. N. N. Ordinis nostri Sacerdotes, legitime Professos, vitâ et doctrinâ ritè institutos, nullaque Ecclesiæ censura innodatos, ac à R. Patre Provinciali deputatos et per examen idoneos re-
pertos pro utriusque sexûs Sacularium confessionibus excipien-
dis gratiosè dignetur approbare. Deus ter optimus bonorum
Reparator, erit Rmæ Dignitati Vestræ merces magna nimis,
ita animitus opto et precor.

Rmæ, etc.

Humillimus in Christo Servus

TITULUS XXI.

*De quibusdam aliis Consuetudinibus certis anni
temporibus observandis.*

1. **I**N Adventu Antiphonæ majores ad MAGNIFICAT incipientes ab
IO. solemnizantur, & prima illarum per P. Vicarium ante Vesperas,

ras, deinde iterum sub Vesperis offertur Præ lato, cantata Antiphona, solemniter intonatur MAGNIFICAT per duos Cantores in medio chori, idem fit diebus subsequentiis, in quibus dictæ Antiphonæ per primum Cantorem offeruntur successive Patribus dignioribus, qui sunt in choro præ sentes. Et licet MAGNIFICAT solemniter canetur, non fit tamen chori incensatio. Quando præ dictæ Antiphonæ per modum Commemorationis recitantur, nulli offeruntur.

2. A Capitulo Officium fit 2plex, & cantatur: accenduntur candelæ in altari, & omnes, etsi à Choro alioquin liberi, comparere solent.

3. In Vigilia Nativitatis Domini mane medio sextæ inchoatur prima, sub cuius 2do Psalmo Portarius ad Capitulum pulsat, interim Diaconus induit se vestibus sacris violacei coloris, Acolythus & Versicularij induuntur superpelliceis, qui omnes parati tempestivè ad chorum conveniant, & dicta ab Officiatore oratione DOMINE DEUS OMNIPOTENS. Acolytha cum Cruce, & Versiculariis cum candelis accensis præcedentibus, sequente Diacono, deinde alijs in choro præsentibus processionaliter vadunt ad domum Capitularem, vel, ubi non est, ad Refectorium.

4. Ubi Acolythus sistit se cum Cruce ad pulpitem, quod est in medio, faciem vertens Diacono, Ceroferarij stant hinc inde à latere Diaconi facie versa ad altare. Diaconus dum Martyrologium cantat, omnes stant, usque ad verba: IN BETHLEHEM JUDÆ, quæ altiori voce cantantur, & tum omnes exceptis Ministris, qui sacris induti, genuflectunt: sic quod illud *In Bethlehemi Jude nascitur ex Maria Virgine factus homo* audiant genuflexi, statimque Diaconus paulo magis ad huc vocem elevans, cantat: *Nativitas Domini nostri IESU Christi secundum carnem*, ad quæ verba omnes exceptis supra memoratis Ministris humiliter se prosternunt. His cantatis omnes surgunt & sedent.

5. Et Diaconus Martyrologium ab illis verbis: EODEM DIE prosequitur usque ad finem in tono communi. Reliqua fiant more solito, nisi quod Diaconus cum Ministris adhuc ad pulpitem stans cantet

Lectionem brevem, qua cantata, reverentiam faciens cruci cum Ministris ad Sacristiam revertitur. Si tamen Vigilia Nativitatis inciderit in Dominicam, Martyrologium cum cæremonijs descriptis in choro cantetur, reliqua fiant sabbato præcedenti.

6. Finita Prima, omnes sedent, & accedit Sermonem de puero Jesu facturum, qui prostratus petit benedictionem; Sermone finito, & culpa dicta à Sermonicante, Superior servat Capitulum, & omissis consuetis Commendationibus, posset fieri initium à precibus.

7. His finitis jubeat Prælatus omnes sedere, & habita brevi aliqua & devota ad Fratres exhortatione, ipse coram Communitate, fatetur humiliter in genua provolutus suam culpam de negligentia & defectibus commissis, & tunc ob reverentiam omnes alij se prosternunt, & suas agnoscunt culpas & datur absolutio generalis quam vide infra.

8. Hæc, excepto, quod de Martyrologio & oratione de puero Jesu dictum, in omni absoluteione generali observari poterunt; & quoniam cum Prælato tota Communitas se prosternit, & culpam agnoscit, non erit conveniens ut etiam antecedenter eam agnoscat, si tamen quædam monenda sunt, quæ Novitios audire non expedit, poterunt illi post absoluteionem datam dimitti & Communitas tantisper detineri.

9. In festo *S. Raphaelis Archangeli* 16 Aprilis in universo Ordine statuta est renovatio Professionis à singulis utriusque sexûs ejusdem Ordinis in commemorationem initij Ordinis Minorum, quod S. P. N. Franciscus isto die Anno 1209 dedit, per Professionem suæ Regnæ in manibus Innocentij III. ad hujus devotionis augmentum in Provincia nostra ordinatum est, ut in ipso festo *S. Raphaelis Archangeli* in manibus Confessarij à singulis vota renoveantur, sitque dies Communionis, & pridie ille ille, cujus erit lectionem spirituales servare, de renovatione Professionis in Communitate exhortationem faciet. Cum vero frequenter contigat festum *S. Raphaelis Archangeli* ob hebdomadam sanctam vel Paschalem transferri, hæc quoque devotio transferenda erit.

TITVLVS XXII.

De loco et ordine Patrum ac Fratrum in Choro.

1. **P**atris Guardiani locus est in medio stalli transverso secundi chori ; dum aliquid est cantandum vel legendum poterit se ad alium locum transferre prout magis commodum fuerit, quod si adsit R. A. P. Minister Provincialis, Pater Guardianus occupabit locum à parte eadem in stalli altari viciniori. Stallum imū Chori primi ordinariè occupat P. Vicarius, nisi aliqui ipso digniores locum habeant in illa parte.

2. Absente P. Guardiano, stallum illius P. Vicarius aut quicumque in choro Præses fuerit, occupabit, si vero P. Guardianus in Conventu fuerit & nesciatur an ad chorum venturus vel non, tunc sub recollectione & precibus in cruce, P. Vicarius aut chori Præses sistit se prope hebdomadarium.

Dum P. Guardianus est Officiator vel Hebdomadarius, P. Vicarij locus erit à parte non chori. Nisi fuerit Cantor scriptus, in illo casu occupabit stallum primi Cantoris.

3. Reliqui PP. Sacerdotes stalla occupabunt superiora, sic ut digniores sint versus altare primi secundum servatam hactenus consuetudinem. Fratres Clerici dum Officium inchoatur stant in inferioribus stallis & ad Versum *Sicut erat in principio*, facta prius altari, deinde Præsidi reverentia ascendunt ad stalla superiora, ad finem Officij iterum descendunt, factaque iterum altari, deinde Præsidi reverentia, in medio cum aliis legunt Antiphonam finalem de B.V. post Completorium ad dictam Antiphonam manent in stallis superioribus, sed descendunt post Antiphonam **VOS SANCTI DEI INCLYTI.**

4. Locus Hebdomadarij seu Officiatoris, per tabellam cum hac Inscriptione **CHORUS & Cantorum** cum hac Inscriptione **CANTOR**, ubivis denotatur ; & quantum possibile sit stallum gradui, per quem

ad medium descenditur vicinum, nisi locus ille à libro nimis foret remotus, Versicularius stat in stallo inferiori, ut librum dirigere possit, cui alius ex junioribus Clericis assistit. Alia sedilia inferiora occupant Fratres Laici, ita ut Seniores sint altari propinquo.

5. In quo autem quisque chori latere stare debeat, determinet Superior aut chori Præses, & quantum fieri potest, curetur, ut in utroque latere sit & personarum, & vocum æqualitas.



CÆ.


CÆREMONIALIS
Fratrum Minorum strictioris
Observantiæ Provinciæ Saxoniae
sanctæ Crucis,

PARS V.

De usu & administratione Sacramentorum, de modo
& ordine recipiendi ad Ordinem, Professionem,
Jubilæum, &c. De Capitulo Culparum Absolu-
tione Generali, Processionibus, & quibusdam
alijs.

TITULUS I.

*De Communione Fratrum nostrorum per Modum
Viatici.*

1.  Ratre aliquo graviter & periculosè laborante, sedulo
curabit Infirmarius, ut viaticum *Ss. Corporis Domini
nostri IESU Christi* tempestivè administretur, ne for-
te contingat eum tanto bono privatum ex hac vita
decedere.

2. Statuto autem per Superiorem Sacramenti administrandi tem-
pore, per infirmarium ordinabitur in infirmaria vel cubiculo Infirmi,
mensa aliqua linteo mundo contecta, in cuius medio sit Crux cum ima-
gine

gine Crucifixi, & duo luminaria, cum vasculo aliquo pro digitorum ablutione & manutergio : adjungetur quoque stola, si Infirmus sit Sacerdos, qua indutus communicabit more Sacerdotum.

3. Dato per campanellam Refectorij signo, omnes ad chorum conveniant, & P. Guardianus vel Conventus Præses superpelliceo & stola indutus præcedente Acolytho & comitantibus duobus Versiculariis cum luminaribus accensis Sacristia egreditur ad tabernaculum Ssmi Sacramenti, & illo reverenter accepto Fratres genuflexos benedicit; benedictione accepta terram osculantur, deinde surgunt & præcedente Acolytho habente in sinistra aspergillum cum aqua benedicta, in dextra vero tintinnabulum, sequitur alius in habitu ordinario portans crucem, deinde Fratres per ordinem, postremo Sacerdos cum Venerabili Sacramento medius inter duos Ceroferarios cum luminaribus, Sacrista vel secum deferat, vel sollicitus sit, ut in infirmaria tempestivè adsit bursa cum Corporali; dum choro egrediuntur Cantor incipit Psalmum MISERERE MEI DEUS quem alternatim legunt.

4. Cum Sacerdos infirmariam intrat, supposito quod Psalmus MISERERE absolutus, alioquin tam diu expectandum, mediocri voce dicit: PAX HUIC DOMUI. Choro respondente: ET OMNIBUS IN HABITANTIBUS IN EA Et deinde cum Ciborio impendat Infirmo benedictionem. Tum Corporale super mentam ante præparatam explicatur, super quo Sacerdos pixidem cum Sacramento collocat illudque genuflexus adorat: Communitas mox ut infirmariam intrat, hinc inde se sistit, prout loci capacitas permittit, & genuflectit.

5. Sacerdos post adorationem surgens accepto aspersorio de manu Acolythi aspergit Infirmum & cubiculum aqua benedicta dicens Antiphonam.

Asperges me Domine hyssopo & mundabor, lavabis me & super nivem dealbabor. Deinde subjungitur: Misere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Cum Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto, &c. & Antiphona Asperges me repetitur, postea dicuntur sequentes Versus.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini,

R. Qui fecit cælum & terram.

V. Do-

V. Domine exaudi orationem meam

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

EXaudi nos Domine sancte Pater omnipotens aeternae Deus
et mittere digneris sanctum Angelum tuum de caelis, qui
custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habi-
tantes in hoc habitaculo : Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

6. His dictis Infirmum brevi & suavi alloquio excitat ad devotam
hujus Sacramenti susceptionem, absoluta exhortatiuncula, Infirmus
coram Communitate de defectibus culpam agnoscit, cui Prælatus
nomine omnium ignoscit, vicissimque petit ignosci, si quid forte
contra Infirmum à Communitate sit commissum. Deinde legitur
CONFITEOR & Infirmus communicatur. Infirmo semper offeratur
ablutio, frequenter etenim indiget; omnibus de more actis, & post-
quam Sacerdos digitos in purificatione, deinde manus, uno Acoly-
tho aquam fundente, altero manutergium præbente abluit genufle-
xus coram Sacramento subjungat.

V. Dominus opem ferat illi super lectum doloris
ejus.

R. Universum stratum ejus versasti in infirmitate
ejus.

V. Ego dixi Domine miserere mei.

R. Sana animam meam quia peccavi tibi.

V. Salvum fac servum tuum,

R. Deus meus sperantem in te.

Y

V. Mit-

V. Mitte ei auxilium de Sancto ,

R. Et de Sion tuere eum.

V. Esto ei Domine turris fortitudinis ,

R. A facie inimici.

V. Domine exaudi orationem , R.

V. Dominus vobiscum. R. &c.

O R E M U S.

Domine sancte Pater Omnipotens aeternae Deus , te fideliter deprecamur ut accipienti Fratri nostro sacrosanctum corpus Domini nostri IESU CHRISTI Filii tui , tam corpori , quam animae proficit ad remedium sempiternum : Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus , etc.

7. Lectis hisce precibus Sacerdos surgens accedit Infirmum , eumque paucis admoneat de tam immenso beneficio sibi collato , horteturque ad patientiam , & sui omnimodam in Dei beneplacitum resignationem. Monitione finita , Sacerdos aegrotum aspergat aqua benedicta dicens : ASPERGE EUM DOMINE & MUNDABITUR , LAVA EUM ET SUPER NIVEM DE ALBABITUR. Postea cum debita Reverentia accipit pixidem , eamque ambabus manibus tenens , facit cum ea signum crucis super Infirmum , nihil dicens , & ordine quo venerunt revertuntur ad Ecclesiam , in regressu alternatim legatur Psalmus LAUDATE DOMINUM DE CAELIS. In Ecclesia antequam Sacramentum reponatur datur Communitati benedictio.

8. Quod si mors imminet , & periculum sit in mora , preces praemissae vel integrae , vel ex parte prout Superior judicaverit , omittantur , & statim Infirmo Viaticum praebetur.

TITU-

TITULUS II.

De Extrema Unctione.

1. **I**nfirmarius diligentem curam habeat, ut Sacramentum Extremæ Unctionis Infirmis tempestivè ministretur, & quantum fieri potest, cum illis adhuc integra mens & ratio viget, ut ad uberiores Sacramenti gratiam percipiendam, ipsi etiam suam fidem ac piam animi voluntatem conferre possint, dum sacro hoc oleo liniuntur.

2. Antequam hoc Sacramentum ad ægrotum deferatur, præparetur mensa mappa munda cooperta, in quâ sit vas aquæ benedictæ cum asperforio, pelvicula cum gossipio seu stuppa in sex globulos ordinatè divisa, alia item pelvicula cum mica seu medulla panis ad detergendos digitos, vasculum aquæ cum manutergio ad lavandas manus Sacerdotis, cereus ardens, effigies Christi Crucifixi, bursa cum Corporali & Cæremoniale.

3. Omnibus præparatis, dum tempus, datur signum campanella Refectorij, & tota Communitas, si fieri possit, ad chorum convenit, ubi Prælati superpelliceo & stola indutus reverenter accipit sacrum Oleum, deinde præcedente Crucifero in suo habitu processionaliter ad infirmariam tendant, Sacerdos procedit inter duos Ceroferarios superpelliceis indutos & luminaria portantes. Si contingeret, quod cum sacro Viatico Infirmus simul foret inungendus, tum vel ipse Prælati cum Ciborio sacrum Oleum conferat, vel per alium Sacerdotem stola & superpelliceo indutum ad infirmariam deferatur.

4. Dum choro egrediuntur, legunt alternatim Psalmum MISERERE MEI DEUS, & cum perventum fuerit ad locum, ubi est Infirmus, Sacerdos illum ingrediens, post absolutum Psalmum clara voce dicit: PAX HUIC DOMUI, alijs respondentibus ET OMNIBUS HABITANTIBUS IN EA.

5. Sacerdos deposito super Corporale sacro Oleo, accipit Crucifixum

cifixum Ægrotō deosculandum porrigens, mox in modum crucis cum aqua benedicta lectum & Circumstantes aspergit dicens Antiphonam : ASPERGES ME DOMINE, &c. ut Articulo præcedente dictum est. Deinde pijs verbis Infirmum consoletur, & si ita expedire judicaverit, de hujus Sacramenti vi & efficacia paucis admoneat, & quantum opus erit ejus animum confirmet, & in spem erigat vitæ æternæ.

6. Exhortatione absoluta stans ante Infirmum dicat Versiculum.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Alij genuflexi respondent :

Qui fecit cœlum & terram.

V. Dominus vobiscum, &c.

O R E M U S.

Introeat Domine **JESU** Christe domum hanc sub nostræ humilitatis ingressu æterna felicitas, Divina prosperitas, serena letitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna. Effugiat ex hoc loco accessus Demonum, adsint Angeli pacis, domumque hanc deserat omnis maligna discordia. Magnifica Domine super nos nomen sanctum tuum et bene **✠** dic nostræ conversationi, sanctifica nostræ humilitatis ingressum, qui sanctus et pius es, et permanes cum Patre et Spiritu sancto in sæcula sæculorum, Amen.

Oremus et deprecemur Dominum nostrum **JESUM** Christum, ut benedicendo benedicat **✠** hoc tabernaculum et omnes habitantes in eo, et det eis, Angelum bonum custodem, et faciat eos sibi servire ad considerandum mirabilia de lege sua : avertat ab eis omnes contrarias potestates : eripiat eos ab omni formidine, et ab omni perturbatione, ac
sanos

sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur : Qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in sacula seculorum, Amen.

O R E M U S.

EXaudi nos Domine sancte, Pater Omnipotens, eterne Deus, et mittere digneris sanctum Angelum tuum de caelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atq; defendat omnes habitantes in hoc habitaculo : Per Christum Dominum nostrum.

His lectis orationibus, quæ, (si tempus non patitur) ex parte vel in totum poterunt omitti, & præmissa denuo inter Infirmum & Communitatem mutua reconciliatione, inchoat Sacerdos inuncturus Antiphonam : NE REMINISCARIS, Cantor modesta voce incipit septem Psalmos Pœnitentiales, quos Fratres flexis genibus tarde & devotè recitant. Interea Sacerdos accepto vasculo cum oleo sacro benedicit Infirmum dicit sequentem orationem :

IN nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus sancti ✠ extinguatur in te omnis virtus Diaboli per impositionem manuum nostrarum, et per invocationem omnium sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum atque omnium simul Sanctorum. Amen.

Deinde Sacerdos intingat pollicem in Oleum sacrum, & ungens oculos & reliquas partes hic subscriptas in modum crucis dicat :

Ad Oculos.

Per istam sanctam Unctionem ✠ et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum deliquisti. Amen.

7. Sacrifita, vel illo aliove deficiente ipfemet inungens post quamlibet unktionem tergat loca inuncta novo globulo bombacii aut stuppæ, eamque in vase mundo reponat postea comburendum.

Ad Aures.

PEr istam sanctam Unktionem ✠ et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per auditum deliquisti. Amen.

8. Cum Sacerdos ungit oculos, aures, aliave corporis membra, quæ paria sunt, caveat, ne alterum ipsorum inungendo Sacramenti formam prius absolvat, quam ambo hujusmodi membra paria perunxerit.

Ad Nares.

PEr istam sanctam Unktionem ✠ et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid per odoratum deliquisti. Amen.

Ad Os compressis Labiis.

PEr istam sanctam Unktionem ✠ et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid per gustum et locutionem deliquisti. Amen.

Ad Manus.

PEr istam sanctam Unktionem ✠ et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per tactum deliquisti. Amen.

Manus Sacerdotis unguuntur exterius, aliorum interius.

Ad Pedes.

PEr istam sanctam Unktionem ✠ et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per gressum deliquisti. Amen.

9. Cum

9. Cum unctio ad lumbos, sive renes, semper in fœminis, & etiam in viris, qui ob infirmitatem vix, aut sine periculo, moveri non possunt, valeat secundum præscriptum Ritualis Romani sine peccato omitti, & dum omittitur alia corporis pars pro renibus ungi non debeat, videntur suprascriptæ unctioes universaliter sufficere, cum non sine molestia & aliquali indecentia, etiam in viris renes valeant inungi.

10. Si quis ita periculosè & graviter infirmetur, ut periculum imminet, ne decedat, antequam finiantur unctioes, cito ungetur incipiendo ab eo loco: *Per istam sanctam unctioem, &c.* ut supra. Deinde si adhuc supervivat, dicantur orationes prætermissæ, suo loco positæ.

11. Si verò dum inungitur Infirmus moriatur, Sacerdos ultra non procedat, & prædictas orationes omittat. Quod si dubitet, an adhuc vivat, Unctioem prosequatur, sub conditione pronuntiando formam dicens: *Si vivis, per istam sanctam unctioem, &c.* ut supra.

12. Si quis autem aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima inungatur, eâdem verborum forma. Sin autem Infirmus, dum phrænesi vel amentia laborat, verisimiliter posset quidpiam facere contra reverentiam Sacramenti, non inungatur, nisi periculum tollatur omnino.

13. Unctioibus omnibus peractis, Sacerdos vasculum cum oleo facto reponit super Corporale, & acceptâ micâ, seu buccella panis, detegit digitos, maxime si pollice inunxerit, & uno Ceroferariorum aquam infundente, & altero præbente manutergium abluit manus.

14. Lotis & deterfis manibus, & stuppâ per Sacristam accensâ vel in ignem projectâ, dicit Sacerdos stans ante Infirmum:

UNxi te Oleo sanctificato invocato nomine ipsius, qui olim Sacerdotes et Reges et Prophetas olei inunctione consecrari voluit: obsecrans immensam clementiam ejus, ut det tibi secundum divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum eius in interiori homine, ut Oleo exultationis
eius

eius misericorditer perfusus, morbi molestiam equo animo
feras et in charitate radicatus et fundatus cum omnibus San-
ctis comprehendas supereminentem scientiæ charitatem Jesu
CHRISTI Domini nostri: Qui vivit et regnat Deus in sa-
ecula seculorum. R. Amen.

15. Dicta hac oratione, si Communitas absolvit septem Psalmos,
Sacerdos genuflectat & repetita Antiphona: *Ne reminiscaris, &c.*
ipse legit Litanias usque ad preces, deinde dicit:

Kyrieleyson, Christe eleison, Kyrieleyson.

Pater noster, &c. Et ne nos inducas, &c.

Verf. Salvum fac servum tuum,

Resp. Deus meus sperantem in te.

V. Mitte ei Domine auxilium de sancto,

R. Et de Sion tuere eum.

V. Esto ei Domine turris fortitudinis,

R. à facie inimici.

V. Nihil proficiat inimicus in eo.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Domine exaudi orationem meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Domine Deus, qui per Apostolum tuum Jacobum locu-
tus es: *Infirmatur quis in vobis? inducat Presby-
teros Ecclesie et orent super eum ungentes eum Oleo in nomi-
ne Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit
eum Dominus, et si in peccatis sit, remittentur ei; cura qua-*
sumus

sumus Redemptor noster gratia sancti Spiritus languores istius Infirmi, eiusque sana vulnera, et dimitte peccata, atque dolores cunctos mentis, et corporis ab eo expelle, plenamque interius et exterius sanitatem misericorditer redde, ut ope misericordie tue restitutus ad pristina reparetur officia. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas Deus in secula seculorum. Amen.

O R E M U S.

Respice quaesumus Domine famulum tuum N. in infirmitate sui corporis fatiscentem, et animam refove, quam creasti, ut castigationibus emendatus, se tuam sentiat medicina salvatum per Christum Dominum nostrum. Amen.

16. Post hæc porrigat Sacerdos Infirmo cereum benedictum ardentem dicens :

Accipe lampadem ardentem, custodi unctionem tuam, ut cum Dominus ad iudicandum venerit, possis occurrere ei cum omnibus Sanctis ut vivas in secula seculorum. R. Amen.

17. Hic paucis, pro personæ qualitate, Infirmum consoletur & ad perseverantiam adhortetur & cum affectu devoto tradat Infirmo imaginem Crucifixi, ut in eam oculos tam mentis, quam corporis coniciat, plenissimam habendo in Passionis merita confidentiam & dicat deinde :

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Deus, qui pro nobis Filium tuum crucis patibulum subire voluisti, ut inimici à nobis expelleres potestatem : concede

Z

cede

cede huic Famulo tuo, ut et patientia ipsius habere documenta, et resurrectionis consortia mereatur. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

18. Deinde accepta cruce & loco suo reposita Sacerdos aquâ benedictâ aspersum Infirmum commendabit Domino in pace, eumque benedicet dicendo :

Benedicat ✠ tibi Dominus, et custodiat te. R. Amen.

Ostendat Dominus ✠ faciem suam tibi et misereatur tui. R. Amen.

Convertat Dominus ✠ vultum suum ad te, et det tibi pacem. R. Amen.

19. Postmodum accepto vasculo cum oleo sacro de mensa in forma crucis Infirmo & Circumstantibus dat benedictionem dicens :

Benedictio ✠ Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti descendat super vos et maneat semper. R. Amen.

20. Data benedictione, Sacrista plicat Corporale & in bursam reponit. Ceroferij suas faces recipiunt : Cantor inchoat Psalmum : AD DOMINUM CUM TRIBULARER, CLAMAVI, & alios pro longitudine itineris, Fratribus alternatim respondentibus donec in chorum fuerint reversi, ad quem cum pervenerit Sacerdos, comitantibus Ceroferariis defert vasculum ad locum ordinarium, quo facto redit ad Sacristiam, & tota Communitas pro infirmo Fratre, ejusque spirituali & corporali prosperitate legit orationes in cruce ad signum Præsidis finiendas.

TITULUS III.

De Assistentia Moribundi.

Magni momenti unde pendet æternitas est exitus animarum de suis corporibus, ut igitur ad manum habeantur, quibus Infirmo

mo

mo utiliter succurri possit pauca hic subjungo.

Ante omnia Infirmarius sollicitus sit, ut Infirmo tempestivè detur absolutio generalis ut sequitur.

2. Sacerdos præmissa ab Infirmo vel Circumstantibus Confiteor violacea stola indutus stans dicat : *Misereatur tui , &c. Indulgentiam, &c.*

Formula Absolutionis plenariæ Religiosis, etiam Tertiariis Secularibus et Cordigeris in extremis constitutis vigore Privilegorum elargienda.

FACTA Confessione & dictis MISEREATUR & INDULGENTIAM, &c. dicatur :

Dominus noster **JESUS** Christus per merita suæ sacratissimæ passionis te absolvat, et gratiam suam tibi infundat, et ego auctoritate ipsius ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, et summorum Pontificum, mihi in hac parte commissæ, et tibi concessæ, absolvo te ab omni vinculo Excommunicationis majoris vel minoris, si quod incurristi, et restituo te unioni et participationi fidelium, nec non sanctis Sacramentis Ecclesiæ. Item eadem auctoritate, quatenus ad præsens forum spectat, ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis, tibi que relaxo omnes pœnas Purgatorii, quas pro peccatis commissis meruisti, concedens tibi remissionem et indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum, et restituo te illi statui innocentie, in quo eras, quando baptizatus fuisti : In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, Amen.

Quod si hac vice non discesseris reservo tibi gratiam usq; ad extremum mortis tuæ articulum.

Ad majus spirituale solatium, non tanquam necessaria, sed ut valde proficua subjungenda est sequens deprecatio, cui in extremis laborans devotè correspondeat nomen sanctissimum IESV ore vel corde enixè invocando.

Dominus noster Iesus Christus Filius Dei vivi, qui Beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam et remittat tibi omnia peccata, quaecunque et quomodocunque in toto vitæ decursu commisisti, de quibus corde contritus et ore confessus es, restituens tibi stolam primam, quam in Baptismate recepisti, et per Indulgentiam plenariam à summis Pontificibus nostratibus in articulo mortis constitutis concessam, liberet te à presentis et futuræ vitæ poenis, dignetur Purgatorii cruciatus remittere, portas inferni claudere, Paradisi januam aperire, teque ad gaudia sempiterna perducere, per sacratissima suæ vitæ, Passionis, Glorificationis mysteria, qui cum Patre et Spiritu sancto Deus unus vivit et regnat in secula seculorum, Amen.

LITANIÆ DE PASSIONE DOMINI.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Pater de coelis Deus,	Miserere ei.
Fili Redemptor mundi Deus,	miserere ei.
Spiritus sancte Deus,	miserere ei.
Sancta Trinitas unus Deus,	miserere ei.
Jesu Fili Dei vivi,	miserere ei.
Jesu Fili Mariæ Virginis,	miserere ei.
	Jesu

Jesu Fili David,
Per sanctissimam vitam tuam,
per amarissimam Passionem tuam,
per tristem discessum à Matre tua,
per tristem viam in montem Oliveti,
per tristitiam animæ tuæ,
per trinam orationem tuam,
per cordiales gemitus tuos,
per amaras lachrymas tuas,
per imaginationem Passionis tuæ,
per sanguineū sudorem tuum,
per integram resignationem tuam,
per Angelicam confortationem tuam,
per ignominiosam captivitatem tuam,
per duram ligationem tuam,
per prostrationem in terram,
per deductionem in civitatem,
per dejectionem in torrentem Cedron,
per præsentationem coram Anna,
per duram alapam tuam,
per deductionem ad Caipham,
per injustam accusationem tuam,
per iniquam condemnationem tuam,
per foedam conspuitionem tuam,
per pœnosas alapas tuas,
per ignominiosas contumelias tuas,

Miserere ei.

per arctam incarcerationem tuam,
 per deductionem ad Pilatum,
 per accusationem coram Herode,
 per illusionem in aula Herodis,
 per induitionem vestis albæ,
 per falsas querelas coram Pilato,
 per humile silentium tuum,
 per comparationē cum Barrabba,
 per inuerecundam denudationem tuā
 per alligationem ad columnam,
 per dolorosam flagellationem tuam,
 per diram lacerationem tuam,
 per effusionem sanguinis tui,
 per nimios dolores tuos,
 per lapsum subtus columnam,
 per deductionem ad Prætorium,
 Per iteratam denudationem tuam,
 Per induitionem vestis purpureæ,
 Per pœnosam coronationem tuam,
 Per irrisoriam salutationem tuam,
 Per crebras alapas tuas,
 Per ostensionem coram populo,
 Per postulationem ad mortem,
 Per injustam condemnationem tuam,
 Per impositionem crucis tuæ,
 Per duram ligationem tuam,

Miserere ei.

Per

laboriosam bajulationem tuam,
crebros casus tuos,
sanguineos gressus tuos,
vulnus humeri tui,
obviationem matris tuæ,
nimiam fatigationem tuam,
tertiam denudationem tuam,
summam verecundiam tuam,
potum myrrhæ et fellis,
decubationem super crucem,
perforationem manuum tuarum
extensionem nervorum tuorum,
crucifixionem pedum tuorum,
effluxionem sanguinis tui,
elevationem crucis tuæ,
omnes dolores in cruce perpeffos
frigus membrorum tuorum,
guttas lachrymarum tuarum,
effusum sanguinem tuum,
septem verba à te prolata,
rogationem pro inimicis,
misericordiam erga Latronem,
commendationem Matris tuæ,
derelictionem à Patre tuo,
amaram sitim tuam,
fel & acetum tuum,

Per

Miserere ei.

Per

consummationem tuam,
 commendationem Spiritus tui,
 amaram agoniam tuam,
 palpitationem cordis tui,
 tremorem membrorum tuorum,
 validum clamorem tuum,
 inclinationem capitis tui,
 emissionem spiritus tui,
 amarissimam mortem tuam,
 apertionem lateris tui,
 effluxionem sanguinis & aquæ,
 depositionem de cruce,
 positionem in sinum Maternum,
 compassionem Genitricis tuæ,
 luctum Amicorum tuorum,
 unctioem cadaveris tui,
 tristem sepulturam tuam,
 descensionem ad Inferos,

In die Iudicij,

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Parce ei Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Misereere ei Domine.

Christe audi nos. Christe exaudi nos,

Kyrie eleison. Christe eleison, Kyrie eleison,

Misereere ei.

Quinque Pater noster in honorem quinque vulnerum, clara voce.

V. Adoramus te Christe & benedicimus tibi.

R. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

V. Salvator mundi salva nos,

R. Quia per crucem & sanguinem tuum redemisti nos.

V. Domine exaudi orationem meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

O R E M U S.

Domine **JESU** Christe qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidi, à Judæis reprobari, à Juda osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus ad victimam duci, atque conspectibus Anna, Caiphæ, Pilati et Herodis indecenter offerri, à falsis Testibus accusari, flagellis cedi, opprobriis vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis cedi, arundine percuti, facie velari, vestibus exui, cruci affigi, in cruce levari, inter Latrones deputari, felle et aceto potari, et acerbissima morte mori. Per has sanctissimas pœnas tuas, quas nos indigni recolimus, et per sanctam crucem et mortem tuam, rogamus te piissime Domine, ut huic Famulo tuo in extrema necessitate succurrere et in doloribus suis patientiam largiri digneris. Libera quoque eum de pœnis & cruciatibus inferni: et perduc eum, quo perduxisti Latronem tecum crucifixum. Qui vivis et regnas in secula seculorum.

LITANIÆ DE B. VIRGINE DOLOROSA.

K yrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, miserere ei.

Fili Redemptor mundi Deus, miserere ei.

Spiritus sancte Deus, miserere ei.

Sancta Trinitas unus Deus, miserere ei.

Sancta Maria,

Sancta Dei Genitrix,

Sancta Virgo Virginum,

Mater dolorosa,

Mater contristata,

Mater desolata,

Mater derelicta,

Mater angustiata,

Mater lachrymosa,

Mater gemebunda,

Mater vulnerata,

Mater compassiva,

Mater infirmata,

Mater afflictissima,

Propitia esto, Exaudi nos Domina.

Propitia esto, conserva nos Domina.

Ab omni malo, Libera eum Domina.

Ora pro eo.

Ab

Ab omni peccato,
Ab ira Dei,
Ab insidiis Diaboli,
à tentatione inimici,
Ab aspectu dæmonum,
Ab anxietate nimia,
à timore noxio,
à dolore vehemente,
à dubitatione in fide,
à spiritu blasphemix,
à desperatione venix,
Ab obstinatione cordis,
Ab improvisa morte,
à mala morte,
Ab æterna morte,
afflictionem tuam,
compassionem tuam,
derelictionem tuam,
omnes miseras quas sustinuisti,
iter ex Nazareth in Bethlehem,
denegationem hospitij,
diversionem in stabulo,
reclinationem filij tui in præsepio,
compassionē in ejus circumcissione
gladium Simeonis,
fugam in Ægyptum,

Libera eum Domina.

Per

Aa 2

Per

difficultatem itineris illius,
 septenne exilium tuum,
 extremam paupertatem tuam,
 perditionem Filij tui,
 anxietates ob eum perpeffas,
 valedictionem tibi datam,
 acceptum nuntium de ejus captivitate -
 dolorem, quem habebas dum è domo Caiphæ
 educi videres,
 dolorem quem habebas, dum veste alba indu-
 tum videres,
 dolorem quem habebas, dum eum flagellari vi-
 deres,
 dolorem quem habebas, dum coronatum vi-
 deres,
 dolorem, quem habebas, dum à Pilato eductum
 videres,
 dolorem quem habebas, dum ad mortem con-
 demnari audires,
 dolorem, quem habebas, dum crucem portare
 videres,
 dolorem quem habebas, dum crucem bajulanti
 occurreres,
 dolorem, quem habebas, dum eum denudari
 videres,
 dolorem quem habebas, dum eum crucifigi au-
 dires,

Per
 Bonis

Libera eum Domina.

Per

dolorem quem habebas , dum cruce elevatum
videres,
dolorem quem habebas , dum te Joanni com-
mendaret,
dolorem quem habebas dum eum blasphemari
audires,
dolorem quem habebas dum se derelictum cla-
mare audires,
dolorem quem habebas , dum se sitientem cla-
mare audires,
dolorem quem habebas, dum eum aceto potari
videres,
dolorem quem habebas dum Spiritum Patri suo
commendantem audires,
dolorem quem habebas , dum eum agonizare
videres,
dolorem quem habebas dum valide clamantem
audires,
dolorem quem habebas dum eum caput incli-
nare videres ,
dolorem quem habebas , dum eum mori vi-
deres,
dolorem, quem habebas, dum eum mortuum
videres ,
dolorem, quem habebas, dum latus ejus aperiri
videres,

Libera eum Domina.

dolorem quem habebas, dum eum de cruce de-
 poni videres,
 dolorem quem habebas, dum eum in sinum tu-
 um collocares,
 dolorem, quem habebas, dum ejus vulnera
 aspiceres,
 dolorem quem habebas, dum eum aromatibus
 condires,
 dolorem, quem habebas, dum eum ad sepul-
 chrum sequereris,
 dolorem, quem habebas, dum eum sepeliri vi-
 deres,
 Per dolorem quem habebas, dum à sepulchro rece-
 deres,
 omnes lachrymas, quas fudisti,
 omnia suspiria, quæ edidisti,
 omnes puncturas cordis quas sensisti,
 omnes angores mortis quos sustinuisti,
 omnes terrores, quos concepisti,
 omnes sudores, quos sudasti,
 omnem compassionem quam habuisti,
 omnia deliquia, quæ passa es,
 omnes corporis & animæ dolores,
 Mater dolorosa,

Agnus Dei qui tollis peccata mundi,

1. Parce ei Domine,

2. Exau-

Libera eum Domina.

2. Exaudi nos Domine ,

3. Miserere ei Domine ,

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Quinque Ave Maria.

V. Ora pro eo Virgo dolorosissima,

R. Ut dignus efficiatur promissionibus Christi.

O R E M U S.

INterveniat pro eo quaesumus Domine Jesu Christe nunc et
in hora mortis eius apud tuam clementiam Beatissima Vir-
go Maria Mater tua , cuius sacratissimam animam in hora
tuae Passionis doloris gladius pertransivit. Qui vivis et re-
gnas in secula seculorum. Amen.

Plures vide apud Cochemensem.

Ritus quoque legendi coram Moribundis Passionem Domini an-
tiquissimus est ex actis B. M. V. quæ ante mortem eam sibi legi cu-
ravit. Etiam rogetur Infirmus, ut ante, vel post sacram Unctionem
Professionem in manibus Prælati renovet.

Psalmus quo Moribundus excitetur ad fiduciam.

IN te Domine speravi non confundar in aeternum. In fu-
sitia tua libera me. Vide ulterius apud citatum Auctorem.

Infirmus frequenter aspergatur aqua benedicta , & aliquoties ei
præbeatur Imago Crucifixi. Sacerdos Crucem Infirmo præbens di-
cat :

*Accipe Frater charissime crucem hanc benedictam , & aspiciendo eam
recordare , quanta Redemptor tuus pro te passus sit , osculare sanctissima ejus
vulnera & ad singula dic cum devotione.*

Ad Vulnus sinistri pedis.

OMi Jesu crucifixe exosculor sacrum vulnus sinistri pedis
tui,

tui, rogans ut propter illud ignoscas mihi peccata mea. Et sic consequenter ad alia vulnera.

Porrigatur quoque Infirmo aliquoties Imago B. V. & Sacerdos eam porrigens dicat :

Ecce Imaginem B. M. V. dulcissimæ Matris & Patronæ tuæ, osculare ergo eandem dicens : Dulcissima Virgo Maria dilectissima Patrona mea, cum omni affectu amoris exosculor te, rogans ut intercedas pro me apud dilectum Filium tuum.

Piissimum est, ut sub agone detur Infirmo candela ardens & benedicta in manus, quæ si benedicta non sit, benedicat eam Sacerdos indutus stolâ hoc modo :

Adjutorium, &c. Domine exaudi, &c.
Dominus vobiscum.

O R E M U S.

Domine JESU Christe, Fili Dei vivi, qui dixisti :
Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris : bene ✠ dicere dignare candelam istam : et infunde ei per virtutem sanctæ crucis ✠ benedictionem cælestem. Talemque benedictionem signaculo S. crucis ✠ accipiat, ut quibuscunque in locis accensa aut à quibuscunque Infirmis in manibus portata fuerit, discedant et contremiscant Principes tenebrarum, et fugiant pavidi cum omnibus Ministris suis. Nec præsumant inquietare, molestare, aut tentare famulos tuos, qui eam ob honorem tuum in manibus suis gestaverint. Tu Domine, qui es lumen ad revelationem gentium, et illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum : digneris illuminare intellectum eorum, qui lumen hoc devote susceperint : ut cognoscant te solum verum Deum et Patrem
tuum

tuum coelestem : Qui cum eo et Spiritu S. vivis et regnas in
saecula saeculorum. Amen.

Porrigendo Agonizanti candelam dicat :

Accipe Frater charissime candelam ardentem & benedictam in manus
tuas, ut pateat, quod in viva fide velis mori, & venienti dilecto Sponso tuo
cum lampade ardente occurrere. dic ergo ad eum haec & similia verba :

O Mi dulcissime Jesu, qui es lux vera et viva, illumina
quasotenebras meas, ut cognoscam immensam bonita-
tem tuam. Ut cognoscam abyssalem malitiam meam, et ut
cognoscam fallaces insidias Diaboli. Amen.

O Domine Jesu Christe, protestor, quod in viva fide mori
velim. Protestor, quod in firma spe mori velim : pro-
testor quod in ardenti charitate mori velim : in signu huius por-
tohanc candelam ardentem et benedictam in manibus meis.

O Domine Jesu Christe, lumen ardens, lumen illuminans,
lumen inflammans, illustra me claritate tua : accende
me charitate tua : inflamma me dilectione tua, ut cor meum
ardeat amore tuo et comburatur ardore Spiritus tui. Amen.

Aspirationes suavi voce, nisi necessitas aliud requirat, suggerendae,
idque non continuo, sed per discretam interpositam moram.

O Bone JESU, o dulcis Jesu, o Jesu Fili Mariae Virg.
miserere mei secundum magnam misericordiam tuam.

O bone JESU, qui me creasti et redemisti tuo proprio san-
guine, ne me permittas damnari, quem ex nihilo creasti.

O bone JESU, ne perdat me iniquitas mea, quem fecit omni-
potens bonitas tua.

O bone JESU miserere mei, dum tempus est miserendi.

O bone JESU, si merui miser de vera tua justitia pœnam
 æternam pro peccatis meis gravissimis, adhuc appello confi-
 sus de tua justitia vera, ad tuam misericordiam ineffabilem,
 utique misereberis mei, ut pius Pater et misericors Deus.

Infixi sint semper cordi meo, Dominus meus JESUS et Ma-
 ter mea MARIA.

Tibi ð JESU, tibi ð MARIA me commendo.

Respice ð JESU, ð MARIA misellum in extrema angustia
 jacentem.

Quo vadam sine te JESU mi, quomodo evadam sine te MA-
 RIA.

Quis Iesu mi mihi feret opem, si tu me dereliqueris, quis
 mihi mater mea? subveniet, si tu à me elongeris.

Memento Iesu te Deum esse totum clementem, totum mi-
 sericordem, quamobrem debes merito miseros adjuvare.

Memento MARIA te esse veri Dei Matrem, ideo de-
 bes miserorum curam habere, eisq; subvenire.

Recordare IESU pie, quod sum causa tua via, ne me per-
 das illa die.

Quærens me sedisti lassus, redemisti crucem passus, tantus
 labor non sit cassus.

Ingemisco tanquam reus, culpa rubet vultus meus, suppli-
 canti parce Deus.

Credo in te ð mi Iesu. Spero in te ð mi Iesu. Diligo te ð mi
 IESU.

Diligo te mi Iesu ex toto corde meo, diligo te ð Iesu ex tota
 anima

anima mea, diligote ex omnibus viribus meis.

Amore tui Iesu doleo de peccatis meis, quia amo te o Iesu, ideo doleo de peccatis meis, quia tu es dulcis Iesus meus, ideo doleo de peccatis meis.

O utinam mi Iesu nunquam te offendissem, o utinam semper te dilexissem.

Confido in bonitate tua, quod mihi ignoveris, quod promeritas pœnas mihi condonaveris.

Amore tui o mi Iesu libenter moriar, in honorem mortis tuæ mortem suscipiam, in gratitudinem Passionis tuæ libens perferam diros mortis dolores.

O bone Iesu suscipe spiritum meum, suscipe dolores meos.

In manus tuas Domine commendo spiritum meum.

O IESU tibi vivo : IESU tibi morior. o IESU sis mihi IESUS.

AD B. VIRGINEM.

MARIA Mater gratia, Mater misericordia, tu nos ab hoste protege et mortis hora suscipe. O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria, illos tuos misericordes oculos ad me converte, et Iesum benedictum fructum ventris tui mihi ostende.

Monstra te esse Matrem.

Sancta Maria Mater Dei ora pro me peccatore in hora mortis meæ.

Sancta Maria Mater Domini nostri Iesu Christi, quæ nullum derelinquis et nullum despicias, impetra mihi apud

tuum dilectum Filium cunctorum veniam peccatorum.

S. Ioannes Evangelista, S. Joseph ab Arimathia, S. Nicodeme, S. Longine, S. Maria Iacobi, S. Salome, S. Veronica ceterique Sancti et Sancta Dei, qui assististis IESU Christo in cruce morienti, orate pro me in hac hora mortis meae.

Sacerdos morituro assistens tempestive eum admoneat, ut quando vox ipsum destituerit, nutu capitis vel manus compressione aut alio probabili signo indicet. An iterum velit sacramentaliter absolvi, & tunc eum absolvat, etiamsi scriptis absolutionem desideret.

Sub agone frequenter & per intervalla, si forte sit adhuc auditus, inclamet: JESUS, MARIA, JOSEPH.

In manus tuas Domine commendo spiritum meum.

Domine Iesu suscipe spiritum meum.

S. Maria ora pro me, S. Joseph ora pro me, S. Barbara ora pro me.

IESU Fili Dei miserere mei. Iesu Fili Mariae miserere mei.

IESU credo in te. Iesu spero in te. Iesu diligo te. Iesu tibi vivo, Iesu tibi morior. O bone IESU esto mihi IESUS.

Nequaquam autem debent omitti preces pro commendatione animae ab Ecclesia ordinatae & habentur in fine Breviarii: quia sunt efficacissimae, & super quolibet agonizante dici debent. Si morbus non sit contagiosus, uti pluribus inculcat Agenda Romana. Circumstantes interim non stent otiosi, sed piis precibus agonem Contritis tui continuo Domino commendent.

TITULUS IV.

De Vestitione Fratrum.

1. **C**andidatus induendus postquam Officiator accessit ad altare statim in principio Missæ Conventualis, quæ erit de tempore et si cum majori solemnitate accidentaliter præeunte P. Instructore Novitiorum induto superpelliceo & stolâ, procedit detecto capite seu absque pileo è Sacristia ferens crucem in manibus ad locum præparatum ante summum altare.

2. Finito Evangelio, Officiator seu Prælatus in cornu Evangelij residens in sede præparata, à Candidato requirit, quid petat? tunc Candidatus petit. Facta petitione à Candidato & exhortatione à Superiore iterum requirit Superior, an in sua petitione & intentione perseveret; respondente Candidato, quod sic, non interrogabit publicè in Ecclesia condiciones requisitas, sed illæ sunt interrogandæ semel coram Discretis Conventus, & semel coram Communitate, sed dicit Prælatus: ergo quotquot hic sumus præsentés, Deum orabimus, ut tibi gratiam Spiritus sancti dare, & te in bono proposito confortare dignetur: mox genuflectunt omnes cum Prælato genuflectente in gradu Altaris, & intelligibili voce Litanias sequentes prælegente, cui Ministri & totus Chorus correspondent.

K yrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Miserere nobis.

Fili redemptor mundi Deus, Miserere nobis.

Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.

Sancta Maria, Ora pro eo, vel eis.

Omnes Sancti Beatorum spirituum Ordines, Orate

pro eo, eis. Bb 3 S. Jo.

S. Joannes Baptista,	Ora pro eo, <i>eis.</i>
Omnes sancti Patriarchæ & Prophetæ,	Orate pro, & c.
S. Petre,	ora pro eo, <i>eis.</i>
S. Paule,	ora pro eo, <i>eis.</i>
S. Joannes,	ora pro eo, <i>eis.</i>
Omnes sancti Apostoli & Evangelistæ,	orate pro eo, <i>eis.</i>
S. Stephane,	ora pro eo, <i>eis.</i>
S. Laurenti,	ora pro eo, <i>eis.</i>
S. Vincenti,	ora pro eo, <i>eis.</i>
Omnes sancti Martyres,	orate pro eo, <i>eis.</i>
S. Gregori,	ora pro eo, <i>eis.</i>
S. Martine,	ora pro eo, <i>eis.</i>
S. P. Francisce,	ora pro eo, <i>eis.</i>
Omnes sancti Confessores,	orate pro eo, <i>eis.</i>
S. Maria Magdalena,	ora pro eo, <i>eis.</i>
S. Agnes,	ora pro eo, <i>eis.</i>
S. Clara,	ora pro eo, <i>eis.</i>
S. Elifabeth,	ora pro eo, <i>eis.</i>
S. Ursula cum socijs tuis,	ora pro eo, <i>eis.</i>
Omnes Ss. Virgines & Viduæ,	orate pro eo, <i>eis.</i>
Omnes Sancti & Sanctæ Dei,	Intercedite pro eo, <i>eis.</i>
Propitius esto,	Parce nobis Domine.
Propitius esto,	Exaudi nos Domine.
Ab immunditia cordis & corporis,	Libera eum eos
Domine.	
Ab omni peccato,	Libera eum eos Domine.
	A damna-

A damnatione perpetua, Libera eum eos Domine.

Ab omni malo, Libera eum eos Domine.

Per Mysterium sanctæ Incarnationis tuæ, Libera eum
eos Domine.

Per Passionem & resurrectionem tuam, Libera, &c.

Peccatores,

Ut pacem & tranquillitatem ei eis dones.

Ut hunc *hos* famulum *os* tuum *os* in vera castitate &
paupertate perseverare facias.

Ut ei *eis* virtutem veræ obedientiæ & humilitatis
donare digneris.

Ut eum *os* in tuo sancto servitio perseverare facias.

Ut augmentum fidei, spei & charitatis ei *eis* donare
digneris.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam
donare digneris.

Fili Dei.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,

Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,

Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,

Miserere nobis.

Christe audi nos, Christe exaudi nos.

Kyrie eleison, Christe eleison,

Kyrie eleison. *Pater noster.*

Te rogamus audi nos.

V. Et

Ÿ. Et ne nos inducas inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

Ÿ. Salvum os fac servum os tuum os.

℞. Deus meus sperantem es in te.

Ÿ. Mitte ei eis Domine auxilium de sancto.

℞. Et de Sion tuere eum eos.

Ÿ. Nihil proficiat inimicus in eo eis.

℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei eis.

Ÿ. Esto ei eis Domine turris fortitudinis.

℞. A facie inimici.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Deus qui per coeternum tibi Filium cuncta creasti, qui-
que mundum peccatis inveteratum per *Mysterium* san-
ctæ *Incarnationis* tuæ renovare dignatus es; te suppliciter ro-
gamus: Ut eiusdem Domini nostri *Jesu Christi* clementia
super *Hunc* (os) *famulum* (os) *tuum* (os) *abrenunciationem*
seculi, probare incipientem (es) respicere digneris, per quam in
spiritu *mentis* *sua* *renovatus* (i) *veterem* *hominem* *cum* *acti-*
bus *suis* *exuat* (ant,) *et* *novum* *qui* *secundum* *Deum* *creatus*
est *induere* *mereatur* (antur.) *Per Christum Dominum.*
Resp. Amen.

3. Finita collecta vertit se ab Altari ad locum in quo vestes Ordinis, quibus Candidatus induendus est, jacent, easque benedicturus, dicit:

Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit cœlum & terram.

Ÿ. Do-

ꝑ. Dominus vobiscum.

ꝛ. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Domine **JESU** Christe qui tegumen nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam tuæ largitatis abundantiam, ut hoc genus Vestimenti quod Sancti Patres ad humilitatis et innocentie indicium seculo abrenunciantes ferre sanxerunt, ita bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris ut hic (i) famulus (i) tuus (i) qui hoc usus (i) fuerit (int) te induere mereatur (antur) *Qui vivis et regnas, etc. R. Amen.*

O R E M U S.

Deus qui ut servum solveres filium tuum funibus ligari voluisti, Bene ✠ dic quaesumus funem (es) istum (os) ut hic famulus (i) tuus (i) qui eo (iis) velut ligamine pœnitentiali cingetur, (entur) *Vinculorum Filii tui Domini nostri Jesu Christi memor existat (memores existant) et in Ordine quem assumit (unt) salubriter perseveret (ent,) et tuis cum effectu semper obsequiis se obligatum (os) esse cognoscat (cant.) Per eundem Christum, etc. R. Amen.*

Deinde aspergit vestes & chordam aqua benedicta. Post benedictionem Prælati vel Officiator Candidatum jubet venire ad se & genuflexum ante se in gradu altaris exiit habitu sæculari dicens : *Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis. ꝛ. Amen.* Deinde induit eum vestibus Religiosis dicens : *Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia & sanctitate veritatis. ꝛ. Amen.* Postea præcingit eum fune benedicto dicens : *Cingat te Dominus cingulo humilitatis & pœnitentia, & jugem suæ sanctissimæ Passionis memoriam cordi tuo imprimat, Pater, Filius † & Spiritus Sanctus, ꝛ. Amen.*

Indutus mox reducitur à Patre Instructore ad locum suum, & si plures fuerint vestiendi : jubet eos superior per ordinem venire ad se, & facit ut prius.

Novitiis jam investitis, Officiator conversus ad ipsos dicit :

Ÿ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Adesto Domine supplicationibus nostris, et Hunc (os) famulum (os) tuum (os,) cui (quibus) Habitum Religionis imposuimus Bene ✠ dicere digneris, ut te largiente devotus (i) in Ordine persistat (ant) et vitam percipere mereatur (antur) aeternam, Per Christum Dominum nostrum. Amen.

4. His dictis genuflectit in gradu altaris Officiator cum Ministris, omnibusque Fratribus, & duo Cantores intonant Hymnum *Veni Creator*, & finito primo versu surgunt omnes, & P. Instructor reducit Novitium ad Officiatorem, qui osculatur Novitium genuflexum dicens : Vers. *Pax tibi Frater*, & Novitius Resp. *Amen*, Orate pro me. mox reducitur à præeunte P. Instructore ad omnes Fratres, osculo pacis dato eodem modo quo Officiator, & iisdem verbis dictis inclinatio Novitio, & eodem modo respondente ad locum suum priorem ante altare redit. Interim finito Hymno subjunguntur in choro sequentes versus à Versiculariis ad crucem hinc inde stantibus, aut ad parvum altare, vel etiam aliis Clericis si Versicularij ad altare serviant.

Ÿ. Emitte spiritum tuum & creabuntur.

℞. Et renovabis faciem terræ.

Ÿ. In Conceptione tua Virgo immaculata fuisti.

℞. Ora pro nobis Patrem, &c.

Ÿ. Ora pro nobis B. Pater Franciscæ.

℞. Ut digni efficiamur, &c.

In Professione loco *Emitte* :

Ÿ. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

℞. Amen.

17. *A templo S. tuo quod est in Ierusalem. Dein. In Conceptione tua, &c.
Ora pro nobis B. Pater, &c.*

O R E M U S.

Deus qui corda fidelium S. Spiritus illustratione docuisti :
da nobis in eodem spiritu recta sapere ; et de eius semper
consolatione gaudere. Deus qui per immaculatam Virginis
Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti, qua-
sumus, ut qui ex morte eiusdem Filii sui prævisa eam ab omni
labe præservasti, nos quoque mundos eius intercessione ad te
pervenire concedas. Deus qui Ecclesiam tuam B. Francisci
meritis foetu nova prolis amplificas, tribue nobis ex eius imita-
tione terrena despicere, et cælestium donorum semper partici-
patione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. Resp.
Amen.

5. Tempore Communionis Novitius vel Novitij recenter induti
à P. Instructore ducuntur, ut primi post altaris Ministros communi-
cent, si sit dies Communionis, alias ipsi soli communicabunt, & ad
locum reducuntur.

TITULUS V.

De Professione Fratrum.

1. **I**N Professione ferè omnia eodem modo observantur quo in Vesti-
tione, excepto quod omittantur Benedictiones, & loco illius ;
abrenunciationem sæculi probare incipientem legatur, profiteri volentem.

2. Post Litanias & Collectas Prælati jubet Novitium venire ad se,
cumque is genuflectit in gradu altaris, complicatas manus ejus, Præ-
latus stola qua indutus est, circumligat, & jubet intelligibili voce cum
debita

debita intentione, emittere Professionem, ut sequitur.

Forma Professionis.

EGO F. N. voveo, et promitto Deo omnipotenti, et B. M. Virgini et Beato Patri Francisco, ac omnibus Sanctis, et tibi Pater, toto tempore vitæ meæ servare Regulam Fratrum Minorum, per Dominum Honorium Papam confirmatam: vivendo in Obedientia, sine proprio et in Castitate.

Superior qui Novitium ad Professionem recipit, dicat:

Et ego ex parte Dei, si hæc observaveris, promitto tibi vitam æternam, In nomine Patris et Filii ✠ et Spiritus sancti: Omnes Fratres respondent: Amen. Dein dat ei Osculum pacis, quo factò surgit, & super Professum ante se genuflectentem dicit Collectam.

O R E M U S.

DEus qui nos à seculi vanitate conversos ad bravium supernæ vocationis accendis, pectoribus nostris purificandis illabere, et gratiam tuam quâ in te perseveremus infunde, ut protectionis tuæ muniti præsidii, quod te donante promisimus, impleamus, ut nostræ Professionis executores effecti, ad ea, quæ perseverantibus in te promittere dignatus es pertingamus. Per Dominum nostrum, etc. Resp. Amen.

3. Post Collectam solemniter intonant Hymnum *Veni Creator*, omnibus genuflectentibus, donec secundus versus intonatus fuerit, tunc enim Superiore surgente omnes surgunt, & Professus ducitur ad omnes Fratres pro osculo pacis, quo factò revertitur ad locum suum, finitoque Hymno canitur Versus.

℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

℞. A templo sancto tuo quod est in Ierusalem.

Deinde alia ut præcedenti titulo.

TITU-

TITULUS VI.

De modo induendi Infantem Habitu Ordinis.

1. **P**ræparatum Infantem Parentes vel alii eorum nomine adducunt ad altare, & ante illud genuflexi tenent Infantem, & interim Superior indutus superpelliceo & stolâ, assistente sibi Acolytho cum thuribulo & aquâ benedictâ, accensis etiam cereis in altari, benedicit vestimenta posita in suppedaneo altaris, vel in mensa aliqua ad hoc præparatâ, stansque facie versus populum, dicit:

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

V. Domine exaudi orationem meam.

V. Dominus vobiscum.

O R E M U S.

Domine Jesu Christe, qui pro salute nostra suscipiens humanam naturam, te vestimento carnis induere dignatus es, Benedictione sanctâ tuâ bene ✠ dic ista parvula Vestimenta, quæ pro gratiis tibi exolvendis omni cum devotione sanctoq; voto, ac veneratione Beatissimæ Virginis Mariae et B. Francisci Infans iste super se suscepturus est: infunde in eum quam sumus tuam sanctam Bene ✠ dictionem, ut cum primum induerit hoc Religioni simile vestimentum, intercedente eodem B. Francisco, descendat super eum gratia tua, quæ protegat illum ab omni malo mentis et corporis. Qui vivis et regnas in secula seculorum. Resp. Amen.

2. Deindè aspergit aquâ benedictâ Vestimenta, & Infantem, & accepto thuribulo, ter & hunc & illa incenset. Cùm verò Parvulus vestimentis suis exiit, dicat Sacerdos:

Cc 3

Eripiat Dominus de corde tuo seculi pompas, quibus abrenuntiasti, dum Baptismum reciperes.

Et dein addit sequentes Psalmi Versus :

Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me.

Eripe me de inimicis meis Deus meus, et ab insurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem, et de viris sanguinum salva me.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto.

Sicut erat, &c.

3. Postea Sacerdos cum aliorum adiutorio induat Infantem Habitu & Caputio, dicens :

Immittat in te Dominus Religionis amorem, sanctoque fervore succendaris, et ardeas caelestium bonorum desiderio.

4. Postmodum cingens Infantem, dicit :

Præcingat te Dominus zonâ justitiæ, ut immaculata conserves omnia membra tua.

Et subjungit Psalmum : LAUDATE DOMINUM OMNES GENTES, &c. cum GLORIA PATRI, &c.

5. Deinde dans Parvulo candelam accensam, dicit :

Verf. Domine exaudi orationem meam,

Verf. Dominus vobiscum.

O R E M U S.

Domine Jesu Christe, lux vera de vero lumine, quæ sumus clementiam tuam, ut per intercessionem B. Francisci mentem Parvuli huius illumines, ut cum ad annos discretionis pervenerit, sancto tibi corpore animoque deserviat. Qui vivis et regnas in secula seculorum. R. Amen.

6. Postea

6. Postea Infantem benedicat, hoc modo :

Confirma Deus in Puerō isto, quod in eo operari cœpisti : à Templo sancto tuo deducat eum spiritus tuus bonus in terram rectam, et bene ✠ dictio tua sit super eum semper. Resp. Amen.

Et dein Parentem, Infantem, aliosque Circumstantes aspergit aquâ benedictâ, & sic dimittit.

7. Admoneantur tamen, quòd expleto tempore deportationis illius Habitûs, denuò reverti debeant, ut Vestes cum solemnitate acceptæ cum eâdem quoque exuantur, modo Titulo sequenti præscribendo.

TITULUS VII.

De modo exuendi Infantem.

ELapso tempore voti quo Parentes infantem devoverant, ut veste Ordinis indutus incederet, ferunt infantem in templum ante altare ubi Sacerdos indutus superpelliceo & stola stans ad altare, & ad infantem conversus dicat :

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum & terram.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat,

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Domine sancte Pater omnipotens aeternae Deus, à quo omnine est donum, tibi gratias referimus, et impleta vota reddi-

reddimus, suscipe ea cum gratiarum actionibus, et intercedente
*B. V. Maria, sanctoq; Patre nostro Francisco, huic infanti de
 cetero presta salutem mentis et corporis, ut te Creatorem recta
 fide colat, in te Redemptorem spem suam conformet, te sum-
 mum bonum super omnia diligat, atque sanctis mandatis tuis
 semper obediat; Per Christum Dominum nostrum. Resp.
 Amen.*

Deinde veste Ordinis exuit infantem dicens :

Reddite vota vestra cum gratiarum actionibus.

*Laudate Dominum omnes gentes : Laudate eum omnes
 populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius,
 Et veritas Domini manet in eternum. Gloria Patri et Filio
 et Spiritui sancto, sicut erat in principio, &c.*

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

*S*uscipe sancte Pater omnipotens eterne Deus vota preces-
 que supplicum, et per intercessionem *B. V. Mariae et Sera-
 phici Patris Francisci* presta nobis beneficia tua ita cognoscere,
 ut semper in gratiarum actione vivamus. Per Dominum
 nostrum, etc. Resp. Amen.

Deinde aspergit infantem & circumstantes aqua benedicta & di-
 mittit.

TITULUS VIII.

Modus recipiendi Tertiarias in claustro viventes.

*I*mprimis sponsa per V. A. P. Guardianum & P. Confessarium, aliof-
 que Fratres in templum ad summum altare adducetur ex loco in quo
 fuerit

fuerit, atque canet Antiph. illam *Veni Sponſa Chriſti, &c.*

Item poſt Miſſam redu-
citur ad chorum per eundem ubi traditur Ven. Matri & recommen-
datur tanquam anima de qua tenebitur reddere rationem.

Ante ſummum verò altare genibus flexis ſedebit ad Offertorium.
Finito *Credo* V. A. P. Guardianus, qui ipſam inueſtiet ad populum ſeſe
conuertet, Sponſamque rogabit, quidnam petat, ipſa verò reſponde-
bit per amorem Domini noſtri, &c.

Tunc V. A. P. Guardianus.

Bona verè & optima eſt petitio chariſſima Filia, &c. Deinde ad popu-
lum ſermonem facit, & proponit ei breuiter, quas moleſtias ac tenta-
tiones in conuerſatione Regulari ſuſtinere neceſſe ſit in Abſtinentiis,
Vigiliis, &c. In calce ſermonis ex Sponſa quæret V. A. P. Guardia-
nus num in ſua ſententia perſeueret, & ſi ad hæc omnia ſubeunda &
ſuſtinenda parata ſit.

Quæ ſi imperterrita manens, reſponderit ſe Dei miſericordia, o-
mnia pro ſalute ſua libenti animo velle ſubire, dicatur ei à V. A. P.
Guardiano.

*Dominus det tibi omnia hæc fideliter adimplere & curſum tuum feliciter
conſummare, Amen.*

His finitis V. A. P. Guardianus Litanias ſequentes recitabit.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Vide ſupra in Inueſti-
tione Novitij Ordinis noſtri.

Pater noſter. Et ne nos inducas, &c.

V. Salvam fac Ancillam tuam Domine.

R. Deus meus ſperantem in te.

V. Mitte ei auxilium de Sancto.

R. Et de Sion tuere eam.

V. Nihil proficiet inimicus in eâ.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

Dd

V. Eſto

V. Esto ei Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Domine exaudi orationem meam, &c.

V. Dominus vobiscum, &c.

O R E M U S.

DEus qui per coeternum tibi filium cuncta creasti quique hunc mundum peccatis inveteratum, per *Mysterium sanctae Incarnationis* tuae renovare dignatus es, te suppliciter exoramus, ut eiusdem Domini nostri *Iesu Christi* clementia super hanc *Famulam* tuam abrenunciationem saeculi probare incipientem respicere digneris, per quam in spiritu mentis suae renovata veterem hominem, exuat cum actibus suis, et novum hominem, qui secundum Deum creatus est, induere mereatur. Per eundem Christum Dominum nostrum.

O R E M U S.

Domine *Iesu Christe*, qui es *via*, sine qua nemo venit ad Patrem, quaesumus tuam benignissimam clementiam, ut hanc *Ancillam* tuam, (vel tuas) à carnalibus desideriis abstraham, per *viam disciplinae Regularis* deducas, qui etiam peccatores vocare dignatus es, dicens: *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.* Presta, ut haec vox invitationis tuae, ita in ea (vel in eis) convalescat, quatenus peccatorum onera deponens, quam dulcis es degustans tua refectio sustentare mereatur, et quam de ovibus tuis attestari dignatus es, agnosce eam inter oves tuas, ut ipsa te ita agnoscat, ut alienum non sequatur, qui cum eodem Patre et Spiritu sancto vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Deinde V. A. P. Cuardianus conuerſus ad Novitiam ueſtimenta, quibus induenda eſt, cum orationibus ſequentibus benedicat.

V. Dominus uobiscum.

R. Et cum ſpiritu tuo.

O R E M U S.

Domine Jeſu Chriſte, qui tegumen, ut ſupra.

Benedictio Veli.

Caput omnium fidelium Deus et totius corporis ſaluator hoc operimentum uelaminis quod ſamula tua per tuum tuaque Genitricis Beatiffimæ ſemper Virginis Mariæ amorem ſuo capiti eſt impoſitura, dextra tua ſanctiſſima, ut uidelicet tua iuſſa ſemper corpore et animo incontaminata cuſtodiat, et cum ad remunerationem perpetuam ſanctorum cum prudentibus uirginibus etiam ipſa preparata aduenerit; perducente te ad ſupernæ felicitatis nuptias introire mereatur. Qui uiuis et regnas. etc.

Benedictio Cinguli.

Deus, qui ut ſeruum ſolueres filium ſunibus ligari uoluisti, Benedic hoc Cingulum et præſta ut hæc ſamula tua, quæ eo uelut ligamine pœnitentiali cingetur, Vinculorum filii tui memor exiſtat, et in Ordine, quem aſſumit ſalubriter perſeueret, per eundem Dominum.

Deinde aſpergit ueſtes aqua benediſta & illico poſtea attondet capillos capitis atque inter attonſionem capillorum dicitur Antiph.

Cuncta pro Chriſti nomine contemnens crine tonſo, coram altari Domino nubit eterno ſponſo.

Et ſtatim exuatur habitu ſæculari dicens :

Exuat te Dominus ueterem hominem cum actibus ſuis. Amen.

D d 2

Dum

Dum induit eam Vestibus benedictis dicit :

Induat te Dominus novum hominem , qui secundum Deum creatus est , in justitia & sanctitate veritatis. Amen.

Deinde præcingit eam Chorda dicens :

Præcingat te Dominus cingulo fidei & virtute castitatis , extinguat in te humorem libidinis , & jugiter maneat in te tenor totius castitatis , per Christum Dominum nostrum.

Interim cantetur *Regnum mundi & omnem ornatum sæculi, &c.*

Vers. Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego opera mea Regi, quem vidi.

Elegi abjecta esse in domo Dei mei Iesu Christi, quem vidi.

Gloria Patri, &c. quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi.

Collecta sine Cantu.

Dominus vobiscum, &c.

O R E M U S.

Deus misericors, Deus et clemens, cui bona cuncta placent, sine quo nihil sanctum inchoatur, nihilque bonum perficitur, adsint nostris humilibus precibus aures tuæ pietatis et hanc famulam tuam, cui in Nomine tuo, hunc sanctitatis habitum imposuimus bene ✠ dicere dignare, et à mundi impedimento atque seculari desiderio defende et concede ei ut in hoc sancto proposito devote persistat, et remissione percepta peccatorum ad Electorum tuorum consortium pertingere valeat per Christum, etc.

Famula tuæ quaesumus Domine bonos mores placatus institue, tu ei, quod tibi placitum est clementer infunde, ut et tibi devota sit, tua valeat beneficia promereri. per Christum, etc.

Da quaesumus famula tuæ, in tua fide et Sinceritate constantiam,

tiam, ut in claritate diuina firmata nullis tentationibus ab eius integritate auellatur. Per Dominum noſtrum Ieſum etc.

His omnibus finitis flexis genibus cantatur.

Veni Creator Spiritus etc.

ψ. Emitte &c.

ψ. In Conceptione tua Virgo immaculata fuiſti &c.

ψ. Signaſti Domine &c.

ψ. Ora pro nobis B. Elifabeth.

O R E M U S.

Deus, qui Corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, et de eius ſemper conſolatione gaudere.

Deus, qui per immaculatam Virginis conceptionem dignum filio tuo habitaculum preparaſti: quaſumus ut qui ex morte eiusdem Filii tui praeviſa eam ab omni labe praeruaſti, nos quoque mundos eius interceſſione ad te peruenire concedas: per eundem:

Deus qui Eccleſiam tuam B. Franciſci meritis foetu nouae Proliſ amplificas, tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere et Coeleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum etc.

Absolvitur Miſſa, & Sponſa reducitur^{ad} chorum ut dictum eſt.

TITULUS IX.

De earundem Professione.

I. **O**mnibus paratis introducitur Sponſa ad Eccleſiam vel chorum Sororum, ad locum pro ea paratum Sororibus cantantibus: *Veni Sponſa Chriſti.*

Dd 3

2. In-

2. Inchoatur Missa usque ad *Credo*, tunc V. A. P. Guardianus exiit casulam : interrogat Sponsam quid petis, &c. Facta petitione facit brevem Exhortationem, quâ finita : petit an maneat constans, &c.

3. Legat Lytanas prout supra : in Investitione Novitiorum.

4. Benedicat Velum.

Ÿ. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

Ÿ. *Domine exaudi orationem meam.*

Ÿ. *Dominus vobiscum.*

O R E M U S.

Caput omnium fidelium Deus, et totius corporis Salvator, hoc operimentum velaminis, quod Famula tua per tuum tuæque Genitricis Beatissimæ semper Virginis Mariæ amorem suo capiti est impositura, dextera tua, bene ✠ dicere et sanctificare digneris, ut tua jussa et sua vota semper corpore et animo incontaminata custodiat, ut cum ad remunerationem perpetuam Sanctorum, cum prudentibus Virginibus etiam ipsa preparata advenerit, perducent te ad supernæ felicitatis nuptias, introire mereatur, Qui vivis et regnas.

5. Benedicat Annulum.

Ÿ. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

Ÿ. *Domine exaudi orationem meam.*

Ÿ. *Dominus vobiscum.*

O R E M U S.

Creator et conservator humani generis, dator gratiæ spiritualis, et largitor humanæ salutis, tu Domine emitte bene ✠ dictionem tuam super hunc Annulum, ut quæ eum gesserit, celesti virtute munita fidem integram fidelitatemque sinceram teneat, sicut Sponsa Christi, Virginitatis propositum
custo-

custodiat, et in castitate perpetua perseveret, per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Aspergatur Aqua Benedicta.

6. Imponitur Velum capiti Sponsæ dicendo :

Accipe Ancilla Christi sanctum velum Professionis tue, sacrum signaculum in perpetuum, cum quo fideliter valeas pervenire ad regnum caelorum per Christum Dominum nostrum. Amen.

7. Imponitur Annulus dicendo :

Desponso te Iesu Christo filio summi Patris, qui te illam custodiat.

Accipe ergo Annulum fidei, signaculum Spiritus S. ut sponsa Dei voceris, & si ei fideliter servieris, in perpetuum coroneris. In nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

8. Imponitur Corona dicendo :

Benedicat te Conditor caeli & terra Deus Pater omnipotens, qui te in sponsam filij sui Domini nostri Iesu Christi eligere dignatus est, ut ei fidelitatem integram & immaculatam virginitatem, coram Deo & Angelis ejus conserves propositum teneas, castitatem diligas, ut coronam Virginitatis accipere merearis, per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

9. Legit ex charta suam Professionem.

Ich N. Gelobe und verheißse Gott dem Allmächtigen / der allerheiligsten Jungfrauen Maria / dem H. Vatter Francisco / allen Heiligen / und Euch Ehrwürdiger Pater alle die Tage meines Lebens zu halten die Regul des heiligen Vatters Francisci / durch den Pabst Honorium confirmirt / zu leben in Gehorsam / ohn Eigenthum / und in Reinigkeit. Quâ factâ & lectâ V. A. P. Guard. dicit.

Et ego ex parte Dei, si hac observaveris promitto tibi vitam aeternam, in Nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Amen.

10. Cantatur à Sororibus Veni Creator Spiritus, cum Versiculis & Collectis supra in Investitione positis.

Abfoluto & finito sacro.

Traditur Sponsa Venerabili Matri dicendo : Hanc Sponsam tibi trado ut usque in diem judicij conserves eam sine macula & in conspectu Regis altissimi.

tissimi, reddas rationem Iesu Christo. Qui cum Deo Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum.

Cantatur à Sororibus *Te Deum laudamus.*

Interea ducitur Sponsa per stalla ad deosculandum Sorores.

Sacerdos revertitur ad altare & se exuendo ornamentis Sacerdotalibus solemnitati finem imponit.

TITULUS X.

De Vestitione Tertiariarum in seculo viventium.

1. **R**ogatur A. R. P. Minister Provincialis, nisi ipse personæ petentis admitti notitiam habuerit, dignetur duobus vel tribus Patribus in singulis Conventibus committere, ut de Candidatæ qualitatibus. 1. An sit honestæ Parentelæ. 2. Exemplaris vitæ. 3. An se honestè alimentare possit, debitè ac diligenter inquirant, ac singulatim desuper R. A. P. Ministrum veraciter informant, ne ex indifferenti quarumlibet personarum admissione ordo vituperium patiatur.

2. Vestitio fiat in Sacello domestico, aut Sacristia vel Choro ante inchoatum Officium Divinum valvis chori clausis absque solemnitate publica.

3. Deinde Guardianus vel qui à P. R. Provinciali vestiendi commissionem habet, quærit ex Sponsa: Was ist euer Begehren? Darauff antwortet die Braut mit heller Stimm:

Ehrwürdiger Pater / vielgeliebte Brüder und Schwestern / ich begehre um die Liebe Gottes das Probier / Kleid des dritten Ordens des H. Vatters Francisci: damit ich Gott desto besser dienen könne / durch Unterhaltung der Regel / und der heiligen Gebotten Gottes.

4. Hierauff haltet der Pater ein geistliche Ermahnung / nach welcher fragt er die anhaltende Person: Seyd ihr noch beständig in eurem heiligen Fürnehmen? Antwortet: Ja / Ehrwürdiger Pater.

ter. Alsdann sagt der Vater : So wollen wir allhie gegenwärtig
GOTT für euch bitten / daß er euch seine Gnad zu diesem heiligen
Werck verleyhen wolle.

Mox genuflexus ante Altare , orat Litanias clarâ & intelligibili
voce.

Auff die nachfolgende Litaney antworten alle Gegenwärtige mit
Andacht.

KYrie eleyson. Christe eleyson, Kyrie eleyson,
Christe audite nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cælis Deus, Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, miserere.

Spiritus sancte Deus, miserere.

Sancta Trinitas unus Deus, miserere.

Sancta Maria, ora.

Sancta Dei Genitrix, ora.

Sancta Virgo Virginum, ora.

Sancte Michaël, ora.

Omnes sancti beatorum Spirituum Ordines, orate

pro nobis, ora.

Sancte Joannes Baptista, ora.

Omnes sancti Patriarchæ & Prophetæ, orate pro

nobis. ora.

Sancte Petre, ora.

Sancte Paule, ora.

Sancte Joannes, ora.

Omnes sancti Apostoli & Evangelistæ, orate pro

nobis. Ec San-

Sancte Stephane,	ora.
Sancte Laurenti,	ora.
Omnes sancti Martyres,	orate.
Sancte Gregori,	ora.
Sancte Martine,	ora.
Sancte Pater Francisce,	ora.
Sancte Antoni,	ora.
Sancte Bonaventura,	ora.
Sancte Bernardine,	ora.
Sancte Ludovice,	ora.
Sancte Elzeari,	ora.
Sancte Ivo,	ora.
Omnes SS. Confessores,	orate.
Sancta Maria Magdalena,	ora.
Sancta Agnes,	ora.
Sancta Clara,	ora.
Sancta Elisabeth,	ora.
Sancta Ursula cum Sodalibus tuis,	orate.
Omnes sanctæ Virgines & Viduæ,	orate.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei,	orate.
Propitius esto,	Parce nobis domine,
Ab omni immunditia mentis & corporis,	Libera nos
domine.	
Ab omni peccato,	Libera nos domine.
A damnatione perpetua.	Libera nos domine.
Ab omni malo,	Libera nos domine.
	Per

Per mysterium sanctæ Incarnationis, Passionis, Resur-
rectionis, & Ascensionis tuæ, Libera nos domine.

Peccatores, Terogamus audi nos.

Ut pacem & tranquillitatem cordis nobis dones,

Ut hunc famulum tuum (hos famulos tuos) hanc
famulam tuam (has famulas tuas) in vera castita-
te perseverare facias,

Ut ei (eis) virtutem veræ humilitatis & obedientiæ
donare digneris,

Ut eum (eos) ut eam (eas) in tuo sancto servitio
perseverare facias,

Ut ei (eis) augmentum fidei, spei, & charitatis do-
nare digneris,

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam
donare digneris,

Fili Dei,

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis
Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos
Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

Kyrie eleyson. Christe eleyson.

Kyrie eleyson. Pater noster, &c.

ÿ. Et ne nos inducas in tentationem,

℞. Sed libera nos à malo.

ÿ. Salvam (salvas) fac ancillam (ancillas tuas.)

℞. Deus meus sperantem (sperantes) in te.

Ec 2

ÿ. Mitte

Terogamus audi nos.

Ÿ. Mitte ei (eis) auxilium de sancto,

R. Et de Syon tuere eam (eas.)

Ÿ. Nihil proficiat inimicus in ea (eis.)

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei (eis.)

Ÿ. Esto ei (eis) Domine turris fortitudinis,

R. A facie inimici.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Deus, qui per coeternum tibi Filium cuncta creâsti, qui que hunc mundum peccatis inueteratum, per mysterium Incarnationis eius renovare dignatus es; te supplices exoramus, ut eiusdem Filii tui Domini nostri Iesu Christi clementiâ super hanc famulam tuam (has famulas tuas) respicere digneris, quatenus spiritu mentis suæ renovata (renovata) veterem hominem cum actibus suis exuat, (exuant) et novum, qui secundum Deum creatus est, induere mereatur. (inereantur.) Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

5. His dictis surgit Officiator, & conversus ad Sponsam pro benedictione vestis & chordæ dicit :

Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini,

R. Qui fecit calum & terram.

Ÿ. Sit nomen Domini benedictum,

R. Ex hoc nunc & usque in seculum.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R E-

O R E M U S.

Domine **JESU** Christe qui tegumen nostra mortalitatis induere dignatus es, qui que gloriosum Confessorem tuum B. P. nostrum Franciscum tres Ordines instituere salubriter instigasti, ac operis tui Vicarios summos Ecclesie tue Pontifices ipsos approbare fecisti, immensam clementie tue largitatem suppliciter exoramus; ut haec indumenta, quae ad propria mortificationis et humilitatis iuvamen, ac pro valida contra saeculum, carnem et demonem armatura instituta sunt, benedicere digneris; ut hic famulus tuus N. (haec famula tua N.) hic famulus tui N. N. (haec famula tua N. N.) ea devotè recipiens. (recipientes) te intra se taliter induat, (induant) ut sicut honestam humilemque vitam indumenta ipsa praetendunt; sic etiam quolibet vitio subactò veraciter corde, ore ac opere vivere mereatur; (mereantur) ut à te nullis tentationibus separetur. (separentur.) Qui vivis, etc.

Benedictio Chordæ.

OMnipotens et misericors Deus, qui peccatoribus misericordiam tuam poscentibus thesauros pietatis tuæ per poenitentiam aperis, majestatem tuam suppliciter exoramus, ut funem istum in tuæ passionis memoriale dispositum, benedicere digneris: ut famulus tuus N. (famula tua N.) qui (quæ) in poenitentiae signum eo præcingitur, benedictionis tuæ largitatem misericorditer consequatur. Qui vivis, etc.

Post benedictionem aspergitur vestis, & chorda aquâ benedictâ, deinde exuendo pallium, dicat:

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis, & induat te novum,

vum, qui secundum Deum creatus est. *R. Amen.*

Cum induit Scapulare, dicat :

Induat te Dominus indumento salutis, & circumdet te vestimento justitiae : tolle jugum Domini suave super te, ut invenias requiem animae tuae. Per Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*

Dein cingat eum (eam) fune benedicto, dicens :

Præcingat te Dominus charissime frater (charissima soror) cingulo hujus Ordinis, ad invocationem sanctissimi Nominis sui, & Beatissimi Patris nostri Francisci, ut possis recordari vinculorum, & passionis Domini nostri Iesu Christi, & fervere ad opera pœnitentiæ & charitatis. Qui vivit & regnat in secula seculorum. *R. Amen.*

Mox subjungit :

Ps. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Domine Iesu Christe, qui dixisti : Jugum meum suave est, et onus meum leve, presta quæsumus, ut famula tua (famula tuæ) sic illud deportare valeat (valeant) in perpetuum, ut intercedente Beato Patre nostro Francisco tuam gratiam in presenti, et gloriam in futuro consequi mereatur (mereantur.) Qui vivis et regnas in secula seculorum. *R. Amen.*

6. His dictis Officiator genuflexus inchoat sequentem Hymnum :

Veni Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple supernâ gratiâ,
Quæ tu creasti pectora.
Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, Charitas,
Et spiritalis unctio.
Tu septiformis munere,
Digitus paternæ dextera,

Tu ritè promissum Patris,
 Sermone ditans guttura.
 Accende lumen sensibus,
 Infunde amorem cordibus,
 Infirma nostri corporis,
 Virtute firmans perpeti.
 Hostem repellas longius,
 Pacemque dones protinus,
 Ductore sic te prævio,
 Vitemus omne noxium.
 Per te sciamus da Patrem,
 Noscamus atque Filium;
 Teque utriusque Spiritum,
 Credamus omni tempore.
 Deo Patri sit gloria,
 Et Filio, qui à mortuis
 Surrexit, ac Paraclito,
 In seculorum secula. Amen.

- V. Emitte Spiritum tuum & creabuntur,
 R. Et renovabis faciem terra.
 V. In Conceptione tua Virgo immaculata fuisti,
 R. Ora pro nobis Patrem, Cujus Filium peperisti.
 V. Signasti Domine servum tuum Franciscum,
 R. Signis redemptionis nostræ.
 V. Ora pro nobis Beata Elisabeth,
 R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

O R E M U S.

Deus qui corda fidelium S. Spiritus illustratione docuisti :
 da nobis in eodem spiritu recta sapere; et de eius semper
 consolatione gaudere.

Deus qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum
 Filio

Filio tuo habitaculum præparasti, quæsumus, ut qui ex morte eiusdem Filii sui prævisa eam ab omni labe præservasti, nos quoque mundos eius intercessione ad te pervenire concedas.

Domine Jesu Christe, qui frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra tui amoris igne in carne Beatissimi Patris nostri Francisci passionis tuæ sacra stigmata renovasti; concede propitius, ut eius meritis et precibus crucem jugiter feramus, et dignos fructus pœnitentiæ faciamus.

Tuorum corda fidelium, Deus miserator illustra, et Beata Elisabeth precibus gloriosis, fac nos prospera mundi despiciere, et cælesti semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

7. Unter der Mess communicirt die Braut zu gewöhnlicher Zeit.

TITULUS XI.

De earum Professione.

N^{1.}ach verfllossenem ganzen Probier-Jahr / soll die Profession nit lang auffgeschoben werden / sondern der Novitius / oder Novitia / soll sich bey dem Pater Guardian des Closters unserer Brüder angeben / welcher alsdann soll nachfragen / ob etwas sey / welches die Profession verhindern möge ; und nach erlangtem guten Zeugnis der Brüder und Schwestern / soll ein gewisser Tag angestellet werden / an welchem die Profession geschehen soll.

2. An bestimbtem Tag kombt der Novitius / oder Novitia zeitlich nach verrichter H. beicht / zum gewöhnlichen Ort der Versammlung / allda geschieht alles / wie in der Inkleidung / aufgenommen / was hie folgt :

Der

3. Der Pater fragt : Was ist euer Begehren ? Antwortet der Novitius/ oder Novitia :

Ehrwürdiger Pater/ vielgeliebte Brüder und Schwestern/ Ich begehre und bitte umb die Liebe Gottes/ und Jesu Christi/ zu der heiligen Profession des dritten Ordens unsers allerheiligsten Vatters Sanct Francisci zugelassen zu werden/ damit ich desto bequemer möge Buß würcken/ mein Leben bessern/ und die Seligkeit desto sicherlicher erlangen.

Darauff haltet der Pater eine Ermahnung / nach welcher frage er : Seyd ihr noch beständig in eurem heiligen Fürnehmen ? darauff antwortet die Braut : Ja/ Ehrwürdiger Pater. Alsdann wird die Litaney gelesen/ wie oben am 219 Blat.

Nach der Litaney stehet der Pater auff/ wendet sich umb/ und spricht :

¶. *Adjutorium nostrum in nomine Domini,*

R. *Qui fecit calum & terram.*

¶. *Domine exaudi orationem meam,*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

¶. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

O R E M U S.

Deus qui ex abundantia tua pietatis et gratia, revelare dignatus es humilibus fugum tuum suave, et onus tuum leve : benedic quasumus hoc genus vestimenti, et prestare digneris ei, qui illo uti desiderat, ut à te discere mereatur mitis esse et humilis corde : sicque in hac vita requiem anima sua inveniens, in caelestipatriate revelata facie videre mereatur. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas in secula seculorum. R. Amen.

Dein benedicat Chordam.

O R E M U S.

Ef

Deus

DEUS qui ut servum solveres, Filium tuum funibus ligari voluisti, bene **X** dic quæsumus funem istum, et concede, ut famulus tuus (famula tua) qui (quæ) eo velut ligamine pœnitentiali cingetur, vinculorum eiusdem Filii tui Domini nostri Jesu Christi memor existat, et in Ordine, quem hodie profitetur, salubriter perseveret, et tuis cum effectu semper obsequis se obligatum (obligatam) esse cognoscat. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Mox aspergit aquâ benedictâ Scapulare & Chordam.

Dein induendo Scapulare dicat :

Induat te Dominus indumento salutis, & circumdet te vestimento justitiæ: tolle jugum Domini suaviter super te, ut invenias requiem animæ tuæ. R. Amen.

O R E M U S.

Maiestatem tuam Domine suppliciter exoramus, ut Famulum tuum fratrem nostrum (Famulam tuâ sororem nostram) cui Religionis nostræ vestem imposuimus, digneris inter discipulos tuos virtute ex alto induere, justitiæ lorica munire, et salutis protegere vestimento, ut intercedente B. P. Francisco sub humilitatis veste tibi perseveranter deserviens, ad stolam immortalitatis, et gloriæ mereatur pervenire. Qui vivis et regnas in secula seculorum. R. Amen.

Præcingendo chordâ dicat :

Præcingat te Dominus cingulo fidei, & donet tibi virtutem castitatis, extinguat in te humorem libidinis, & jugiter maneat in te memoria vinculorû Domini nostri Jesu Christi. R. Amen.

O R E M U S.

Deus qui B. Petro Apostolo significans, quæ morte esset clarificaturus Deum, prædixisti per alium in senectute ipsum fore

fore cingendum : *Famulum tuum fratrem nostrum (Famulam tuam sororem nostram) cingulo nostrae Fraternitatis praecinge, et tui nominis metu, ac salutari chorda amoris tui cor eius constringe, ut tua ei opitulante gratia à vinculis peccatorum absolutus (absoluta) tuoque vinctus (vincta) servitio in ordinis quem assumit observantia usque in finem jugiter perseveret. Qui vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. Amen.*

4. Darnach legt der Profitent knyend beyde Händ zusammen / welche der Pater mit der Stol umbgibt / und dann spricht der Profitent diese Wort mit heller Stimm :

Eh Bruder N. (Schwester N.) gelobe Gott dem Allmächtigen / Mariä seiner Hochwürdigigen Mutter / unserm heiligen Vatter Francisco / allen Heiligen Gottes / und euch / ehrwürdiger Pater / die Tag meines Lebens zu unterhalten die Gebott Gottes / und gnug zu thun für die Ubertrettungen / welche ich etwan möchte begehen wider diese Form und Weiß zu leben des dritten Ordens / welchen der heiliger Franciscus eingesetzt / und Pabst Nicolaus der Vierte bestättiget hat / wan ich darzu nach dem Willen des Obersten erfordert werde.

Darauff spricht der Pater :

Wann Ihr dieses underhaltet / versprich ich euch das ewige Leben / Im Nahmen Gottes des Vatters / † und des Sohns / und des H. Geistes. *ꝛ. Amen.*

5. Nach diesem knyet der Pater vor den Altar nieder / und fängt das *Veni Creator* an zu singen / welches die Tertiarien außsingen. Darauff singt der Pater folgende Vers und Collecten :

☩. *Confirma hoc Deus,*

ꝛ. *Quod operatus es in nobis.*

☩. *In Conceptione tua Virgo immaculata fuisti,*

Ff 2

☩. *Ora*

R. Ora pro nobis Patrem, cuius Filium peperisti.

V. Signasti Domine servum tuum Franciscum,

R. Signis redemptionis nostræ.

V. Ora pro nobis Beata Elisabeth,

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

O R E M U S.

Deus qui corda fidelium S. Spiritus illustratione docuisti :
da nobis in eodem spiritu recta sapere ; et de eius semper
consolatione gaudere.

Deus qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum
Filio tuo habitaculum preparasti, quæsumus, ut qui ex morte
eiusdem Filii sui prævisa eam ab omni labe præservasti, nos
quoque mundos eius intercessione ad te pervenire concedas.

Deus qui Ecclesiam tuam B. Francisci meritis foetu novæ
prolis amplificas, tribue nobis ex eius imitatione terrena despi-
cere, et caelestium donorum semper participatione gaudere.

Tuorum corda fidelium, Deus miserator illustra, et Beata
Elisabeth precibus gloriosis, fac nos prospera mundi despiciere,
et caelesti semper consolatione gaudere.

Deus, qui à seculi vanitate conversos ad brævium super-
næ vocationis accendis, pectoribus nostris purificandis illabere,
et gratiam nobis, qua in te perseveremus, infunde, ut protectio-
nis tuæ muniti præsidis, quod te donante promissimus, implea-
mus, et nostræ professionis sectatores effecti, ad ea quæ perseve-
rantibus in te promittere dignatus es, pertingamus. Per Chri-
stum Dominum nostrum, Amen.

Denique inscribatur nomen Professæ, juxta præscriptum Regulæ.

TITU-

TITULUS XII.

De modo recipiendi ad Confraternitatem Chorda.

Sacerdos suscipiens ad Confraternitatem, breviter ut tempus patitur, illos, qui Chordam suscipere voluerint, de gratiis Indulgentiis, orationibus dicendis, & cæteris pertinentibus ad Confraternitatem, monet, deinde Chordam benedicit ut sequitur :

Ÿ. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

Ÿ. *Sit nomen Domini benedictum.*

Ÿ. *Domine exaudi orationem meam,*

Ÿ. *Dominus vobiscum.*

O R E M U S.

Deus qui ut servum solveres filium tuum funibus ligari voluisti, benedic quæsumus chordam istam, ut famulus tuus, qui ea velut ligamine pœnitentiali cingetur vinculorum eiusdem Domini nostri Jesu Christi filii tui memor existat, et in Confraternitate ad quam assumitur, salubriter perseverans, tuis cum effectu semper obsequiis se obligatum esse cognoscat. Per Dominum nostrum Jesum, etc.

O R E M U S.

Omnipotens sempiternæ et misericors Deus, qui pietatis misericordiam peccatoribus quærentibus veniam et misericordiam tribuisti, oramus immensam clementiam tuam ut hanc chordam benedicere et sanctificare digneris, ut qui ea pro peccatis cinctus fuerit, et misericordiam implora-verit, veniam et indulgentiam tuæ sanctæ misericordiæ consequatur. Per Christum Dominum nostrum.

Ff 3

Sacer-

Deinde aspergit Chordam dicendo :

Benedictio Dei Patris ✠ & Filij, ✠ & Spiritus sancti, ✠ descendat super nos & super hanc Chordam ac maneat semper.

Sacerdos dum cingit aliquem dicit :

Accipe chordam super lumbos tuos, ut sint lumbi tui praeincti in signum castitatis & temperantiae, ut memor existas vinculorum Redemptoris tui omnibus diebus vitae tuae. In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ sancti. Amen.

Deinde dicitur Oratio :

Domine Jesu Christe lux vera de vero lumine, qua sumus
immensam clementiam tuam, ut per intercessionem Be-
tissimi Patris nostri Francisci Confessoris tui mentem et cor
famuli tui illumines, ut tibi casto corpore famuletur, et corde
perfecto jugiter placeat. Qui vivis et regnas, etc.

Post hæc inscribitur nomen.

TITULUS XIII.

De modo celebrandi Jubilæum.

1. **S**ecundum Statuta Provincialia, nullus Pater aut Frater Jubilæum
celebrare poterit, absque consensu Capituli Provincialis, vel R.
A. Patris Ministri. Habito dicto consensu, & die celebrandi Jubilæi
constituto, finitâ Sextâ vel Nonâ (post asperisionem aquæ benedictæ,
si sit dies Dominica) præcedente Fratrem aliquo superpelliceo induto
& crucem portante, sequuntur Fratres bini & bini, dein Cantores cum
superpelliceis, postea Diaconus & Subdiaconus induti dalmaticis; de-
in Officiator Pluviali indutus, qui omnes processionaliter pergunt ad
Domum Capitularem, in qua tunc erit Jubilaturus, expectans cum
aliis Jubilariis, si adsint, Communitatem.

2. Cum pervenerint ad ostium Domus Capitularis Superior cum
Diacono & Subdiacono intrat illam, & accedens ad Jubilaturum tra-
dit

dit illi candelam ardentem floribus adornatam, dicens :

*Accipe lumen in manibus tuis, ut hoc signo discas operatenebrarum fugere
& lucis exempla sectari.*

3. Jubilaturus manum Officiatoris & candelam exosculans, illam reverenter accipit, & ipsam manu dextra tenens, indutus superpelliceo mundo & stola pretiosa, si sit Sacerdos, vel casula si ipse summam Missam sit celebraturus, procedit ad Ecclesiam duobus senioribus Patribus ipsum ad latera comitantibus, & reliquis Jubilariis (si plures adsint) immediatè præcedentibus, omnibus superpelliceo indutis, & candelas ardentes deportantibus; subsequitur Officiator medius inter Diaconum, & Subdiaconum.

4. Cùm sic Fratres processionaliter ad Ecclesiam pergunt, decantatur in sexto tono Psalmus : LAUDATE DOMINUM DE CÆLIS, &c. Cantoribus illum in egressu domus Capitularis intonantibus, & aliis alternatim respondentibus.

5. Adornentur etiam tres Paranympbi, quorum unus sertum floridum Sponso imponendum deportabit, duobus aliis flosculos, herbasque odoriferas per viam spargentibus, donec perventum fuerit usque ad pulpitem seu scabellum in medio Presbyterij dispositum, & decenter ornatum, ut in eo Jubilaturus genuflectat. Post quem etiam disponetur sedes, in qua dum placuerit, valeat sedere, si ipse Missam non celebret.

6. Omnibus chorum ingressis celebratur Missa, vel per ipsum sponsum, vel alium digniorem Patrem, & post cantatum Evangelium, ille qui est habiturus Concionem, à Jubilaturo genuflexo interrogat : *Quid petit Venerandus Pater ?* Respondet : *Reverende Adm. Pater peto humillimè à vestra Reverentia, & à sacratissimo Ordine nostro gratiam Jubilæi, ut possim me quietius præparare ad mortem, & dein pervenire ad jubilæum sempiternum.*

7. Factâ petitione, jubet eum sedere, ceteris Fratribus circumfidentibus, brevemque habet de Beneficio Jubilæi, aut alia materia congrua sermonem, hortaturque ad constantem usque in finem vitæ in exercitio virtutum perseverantiam, & agens illi gratias pro laboribus

bus

bus in Ordine habitis concludit Exhortationem, & mox ad Jubilatum se convertens admonet ipsum, ut mentem ad Deum eleuet, dum alij pro ipso pro gratia Jubilæi melius impetranda sunt rogaturi Altissimum.

8. Et statim accepta stola (nisi sacerdotalibus vestibus foret indutus) in medio altaris genuflectens, omnibus aliis etiam flectentibus & respondentibus dicit alta voce :

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

Pater noster, &c. Et ne nos inducas, &c.

R. Sed libera nos à malo.

V. Salvum fac servum tuum,

R. Deus meus sperantem in te.

V. Mitte ei Domine auxilium de sancto,

R. Et de Syon tuere eum.

V. Nihil proficiat inimicus in eo.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Esto ei Domine turris fortitudinis,

R. A facie inimici.

V. Domine exaudi orationem meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Dictis Versibus Sacerdos solus surgit, aliis adhuc genuflexis, & dicit :

O R E M U S.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per legislatorem tuum annum quinquagesimum Jubilæum mysticè nominari voluisti, eodemque anno cunctis longè amplissima onera ac debita relaxare ac servitute oppressos libertate donari iussisti; tribue quæsumus huic famulo tuo fratri nostro N. gratiam anni Jubilæi, hoc est, remissionem omnium peccatorum, ac culparum relaxationem toto corde poscenti, piæ petitionis effectum, ut à
pecca-

peccatis omnibus exatus ac primæva libertati et innocentia restitutus, posthac in mandatorum tuorum ac Regula suæ observatione indefessus perseveret : gratia tuæ munere de virtute in virtutem, de fortitudine in fortitudinem ambulet, tandemque emenso huius vitæ curriculo cœlestis gloriæ Jubilationem, et in domo illa non manu facta perennem consequatur mansionem. Per illum, qui quondam dixit : In domo Patris mei mansiones multe sunt, Dominum nostrum *JESUM Christum Filium tuum.* Resp. Amen.

9. Hæc Oratione finitâ Prælati surgit & vadit ad cornu Evangelij, & sedens aliis etiam tunc sedentibus dicit Jubilatio, quod si placet accipere gratiam Jubilæi, accedat ; & mox duo Seniores ducunt illum ante Sacerdotem portantem secum candelam ardentem & ornatam, quam unus Ministrorum è manu Sponsi excipiens, super altare collocat in candelabro ad hoc antea disposito.

10. Tunc genuflexus antè Prælatum (si potens est cantare) Jubilarius incipit Antiphonam : PORTIO MEA, &c. Deindè Cantores stantes intonant Psalmum : JUBILATE DEO OMNIS TERRA, PSALMUM DICITE, &c. in isto tono quem Chorus etiam stans absolvit cum Gloria Patri, &c. Deinde resumitur Antiph. PORTIO MEA, &c. à Cantoribus. Quod si Jubilarius non potuerit canere dictam Antiphonam, unus de choro illam inchoat, & alij post Psalmum repetunt, modo ut sequitur.

Portio mea Domine sit in terra viventium. Jubilate.

11. Finito Psalmo, & repetita Antiphona, erigit se Sacerdos, & dicit :

O R E M U S.

DEus, qui nos famulos tuos à seculi vanitate conversos ad supernæ vocationis accendis amorem, pectoribus nostris purificandis illabere, et gratiam nobis, quâ in te perseveremus

Gg

mus

mus infunde, ut protectionis tuæ muniti præsidii, quod te donante promisimus, impleamus, et nostræ Professionis executores effecti, ad ea quæ credentibus in te promittere dignatus es pertingamus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

12. Post Orationem sumens sertum floridum de altari, illud capiti Jubilarij imponens, dicit :

Coronet te Dominus post decursum presentis stadij non corruptibili sed incorrupta corona bravij cælestis. Amen.

O R E M U S.

Domine Jesu Christe, qui olim per Apostolum tuum intonasti : Nemo coronabitur nisi qui legitime certaverit; quique ad perseverantem in tua voluntate famulatum mirifica illa promissione nos excitare dignaris, quâ dicis : Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitæ; propitiare omnibus iniquitatibus huius famuli tui N. qui annum quinquagesimum tuo munere in hoc statu expletum transegit : sana omnes infirmitates eius, redime de interitu vitam eius; corona eum in misericordia et miserationibus, et reple in bonis desiderium eius, et velut aquila renova juventutem eius; quatenus bonum certamen certando, cursum consummando, fidem votorum suorum servando, repositam sibi coronam justitiæ mereatur accipere à te, qui redditurus es unicuique secundum opera eius. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

ÿ. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

ÿ. *Dominus vobiscum.*

O R E-

Domine Jeshu Christe infirmitatis humanæ singulare præsidium, qui humanitatis et languorum nostrorum factus es particeps, ut nos virtute tua corroborares, et in te confortante omnia possemus, qui que lignum S. crucis tuo sacro sanguine et morte sanctificasti, ut esset nobis in spei sustentaculum et imbellicitatis nostræ firmamentum, benedic quasumus baculum hunc, ut famulus tuus, qui eo utitur, sanctissimæ crucis tuæ meritis innixus, tutius in omnibus viis gradiatur, et ad te unicum solatium nostrum pervenire mereatur. Qui vivis et regnas in secula seculorum. R. Amen.

Post hanc orationem Superior baculum benedictum dat Jubilatio dicens :

Accipe virgam virtutis tuæ, ut in ejus præsidio stes rectus in semita mandatorum ejus.

Accepto baculo comitantibus duobus Senioribus vadit Jubilarius ad scabellum, in quo ante flexit. Interim Cantores in sexto tono incipiant Psalmum : ECCE QUAM BONUM & QUAM JUCUNDUM, &c. Finito Psalmo Sacerdos stans versus illum, dicit sequentem Orationem cum Versibus.

ÿ. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

R. A Templo sancto tuo quod est in Ierusalem.

ÿ. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

DA nobis quasumus Domine perseverantem in tua voluntate famulatum, ut in diebus nostris et merito et numero populus tibi serviens augeatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

G g 2

13. Quâ

13. Quâ Oratione finitâ, Sacerdos dat benedictionem Jubilario genuflexo, & humiliter caput inclinanti, dicens :

Bene + dicat tibi Deus Pater, qui te creavit, & ab omni malo culpa & pœna corporis animæque immunem te præservet in secula seculorum. Resp. Amen.

Bene + dicat te Deus Filius Dominus noster Iesus Christus, qui te pretioso suo sanguine redemit, detque pacem cordis in præsentè, & in futuro pacem æternitatis. R. Amen.

Bene + dicat te Deus Spiritus sanctus, qui te sanctificavit, & gratiam suam copiosam tibi infundat, ut sacri Iubilæi privilegio omnique benedictione spirituali repletus, tandem inveniaris in consortio illorum, de quibus dictum est : Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. R. Amen.

Tunc Sacerdos benedicat adstantes, dicens :

Benedicat & custodiat vos omnipotens & misericors Dominus, Pa + ter & Fi + lius & Spi + ritus sanctus. R. Amen.

14. Benedictionibus finitis statim Cantores solemniter intonant Hymnum : TE DEUM, &c. quo absoluto duo Versicularij cantant :

Ÿ. Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu,

R. Laudemus & superexaltemus eum in secula.

Deinde aliquis Sacerdos in loco Hebdomadarij cantat tono solenni orationem sequentem.

O R E M U S.

DEus, cuius misericordiæ non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus : piissimæ Maiestati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes ; ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad præmia futura disponas. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

15. Cantata oratione intonatur CREDO, & fit Missæ prosecutio : quâ finitâ Sacerdos cum Ministris revertitur ad Sacristiam, subsequente Ju-

te Jubilario cum suis ductoribus Senioribus retinente coronam seu fertum in capite, & postea cum occasione Fratres illi de celebrato Jubilæo congratulantur.

TITULUS XIV.

De Capitulo Culparum.

1. **C**apitulum Culparum communiter servatur tertio in qualibet hebdomada, nempe feriâ 2da, 4ta & sexta, si prænominati dies ob festa occurrentia impediuntur, tunc die proximè sequenti servabitur.

2. Dato per Portarium signo, omnes sine mora ad locum Capituli conveniant, ibidemque genuflexi facie ad parietem conversa adventum Superioris in silentio expectent. Superior dum advenerit, dat signum, ad quod omnes surgunt & capite detecto sedent, & Superior incipit commendationes fidelium tam vivorum quam defunctorum duobus primis diebus hoc modo.

Venerandi PP. &c. Commendo Sacrificiis & precibus nostris salutem vivorum & requiem defunctorum, specialiter quoad vivos S. D. N. N. P. Inviictissimum Imperatorem N. & Eminentissimum Protectorem, Eminentissimum vel Serenissimum Principem nostrum, omnes Prælatos nostros ac cæteros Patres, Fratres & Sorores Ordinis nostri, Parentes, Benefactores, & eos qui specialiter preces nostras petierunt.

Quoad defunctos commendo animas summorum Pontificum, Imperatorum, Protectorum ac Principum; Patrum, Fratrum, Sororum, Parentum, Benefactorum ac omnium defunctorum: pro quibus commendatis & aliis commendandis dicamus preces consuetas.

Tunc surgens Superior, aliis etiam surgentibus intonat Psalmum: AD TE LEVAVI OCULOS MEOS. quem alternatim prosequuntur cum GLORIA PATRI, &c. deinde Psalmum DE PROFUNDIS, & in fine RE-

QUIEM ÆTERNAM : hic subjungendæ preces.

Pro Feria 6. vel ultimo Capitulo.

V. V. AA. Patres, &c. commendo precibus & sacrificiis nostris universum statum S. Romanæ Ecclesiæ tam Ecclesiasticum quam politicum, quoad statum Ecclesiasticum commendo in primis Sanctissimum D. nostrum N. Pontificem maximum. Eminentissimum cœtum Cardinalium, Cardinalem Ordinis Protectorem, Serenissimum Principem, Electorem & Archi-Episcopum nostrum, vel (pro locorum exigentia) Celsissimum Principem & Episcopum nostrum, omnes alios Archi-Episcopos & Episcopos cum Clero illis subjecto, omnes Ordines ab Ecclesia Dei approbatos tam possidentes quam mendicantes, præsertim eos, qui nos in suis Congregationibus vicissim habent recommendatos, Ordinem nostrum Seraphicum tam quoad Superiores, quam Subditos. Reverendissimum P. Ministrum Generalem, Reverendissimum P. Commissarium generalem tam familiæ quam Nationis. R. A. P. Ministrum Provinciale, Patres Definitores, Guardianos, Lectores, Vicarios, Concionatores, Sacerdotes, Clericos, Laicos Novitios, nosmetipsos, ut in mutua pace & charitate Domino Deo serviamus, Apostatas etiam ut ad gremium S. obedientiæ revertantur. Ordinem S. Claræ tam de prima quam 2da Regula, Sorores Annunciatas, utriusque sexus Tertiarios, omnes denique Religiosas personas sub quacunque Regula Domino Deo famulantes.

Quoad statum politicum commendo sacram Cæsaream Majestatem, Invictissimum Regem, vel Serenissimum Principem Electorem nostrum (si tali Principi sæculari subsint) omnes Reges & Principes Catholicos, ut sint inter se uniti & potentes contra hostes Ecclesiæ & Imperij. Deinde Excellentissimum Comitem vel Illustrissimum Dominum nostrum (si tali subsint) omnes Benefactores & Benefactrices, Patres & Matres spirituales, quos hic & alibi habemus, afflictos, desolatos, carceribus inclusos, omnes denique qui suas necessitates precibus nostris singulariter recommendarunt.

Quoad statum Defunctorum commendo animas summorum Pontificum, præsertim eorum, quorum favoribus & privilegiis Ordo noster
munitus

munitus & auctus est, animas Protectorum Ordinis, animas Imperatorum & Principum, qui Ordini benefecerunt, animas Patrum & Confratrum nostrorum recenter defunctorum, animas parentum, consanguineorum, benefactorum & benefactricum, præsertim eorum, qui Conventum hunc ex toto vel ex parte construxerunt, aut ob speciales eleemosinas scribi meruerunt in libro recommendationis, si qui sint, nomina eorum legantur.

Nominibus lectis dicit Prælati, pro his commendatis & aliis merito commendandis: si verò nulli scripti sint, dicit Prælati: pro omnibus ergo merito commendandis dicamus preces & suffragia consueta.

3. Feria secunda & quarta dicuntur Psalmi, AD TE LEVAVI, in fine Gloria Patri & DE PROFUNDIS, in fine; REQUIEM ÆTERNAM. Postea Hebdomadarius dicit PATER NOSTER.

Ps. *Et ne nos inducas in tentationem.*

R. *Sed libera nos à malo.*

Ps. *Salvos fac seruos tuos.*

R. *Deus meus sperantes in te.*

Ps. *Oremus pro fidelibus defunctis.*

R. *Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.*

Ps. *Requiescāt in pace.* R. *Amen.*

Ps. *Domine exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

Ps. *Dominus vobiscum,*

R. *Et cum spiritu tuo.*

O R E M U S.

Pratende Domine fidelibus tuis dexteram cœlestis auxilii: ut te toto corde perquirant, et quæ dignè postulant, consequi mereantur.

Fidelium Deus omnium Conditor, et Redemptor animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribus peccatorum, ut indulgentiam quam semper optaverunt, piis

piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas etc.
Amen.

Ÿ. Requiem aeternam dona eis Domine.

℞. Et lux perpetua luceat eis.

Ÿ. Requiescant in pace. ℞. Amen.

Feria sexta, & quando Reverendus Admodum P. Minister Provincialis servat Capitulum, ad dandum Absolutionem generalem, quocunque die hoc fiat: leguntur iidem psalmi, deinde ab Hebdomadario, PATER NOSTER,

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

Ÿ. Memento Congregationis tuae.

℞. Quam possedisti ab initio.

Ÿ. Fiat pax in virtute tua,

℞. Et abundantia in turribus tuis.

Ÿ. Salvos fac servos tuos & ancillas tuas.

℞. Deus meus sperantes in te.

Ÿ. Oremus pro fidelibus defunctis.

℞. Requiem aeternam dona eis Domine, &c.

Ÿ. Requiescant in pace. ℞. Amen.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Ecclēsia tuae quaesumus Domine preces placatus admitte, ut destructis adversitatibus et erroribus universis securam tibi serviat libertate.

Omnipotens sempiternae Deus, qui facis mirabilia magna solus: Præstende super famulos tuos Ministros nostros spiritum

ritum gratiae salutaris, et ut in veritate tibi complacent, perpetuum eis rorem tuae benedictionis infunde.

Excita quaesumus Domine in nobis spiritum, cui B. P. Franciscus Confessor tuus servavit, ut eodem nos repleti, studeamus amare quod amavit, et opere exercere quod docuit.

Da quaesumus familiae tuae sanctis omnibus de Ordine Fratrum Minorum intercedentibus superbe non sapere sed tibi placita humilitate proficere: ut proterva despiciens, quaecumque matura sunt libera exerceat charitate.

Pratende Domine fidelibus tuis dexteram caelestis auxilii, ut te toto corde perquirant, et quae digne postulant consequi mereantur.

Adesto Domine supplicationibus nostris, et viam famulorum tuorum in salutis tuae prosperitate dispone, ut inter omnes via ac vitae huius varietates tuo protegantur semper auxilio.

Omnipotens sempiternae Deus, salus aeterna credentium: exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro quibus misericordiae tuae imploramus auxilium, ut reddita sibi sanitate gratiarum tibi in Ecclesia tua referant actiones.

Fidelium Deus omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum. R. Amen.

¶. Regiem aeternam dona eis Domine.

Hh

R. Et

R. *Et lux perpetua luceat eis.*

Ÿ. *Requiescant in pace.*

R. *Amen.*

4. Dicto *Requiescant in pace* legitur *Pater noster* totum secreto, tandem Præsides ait : *Deus det nobis suam pacem. R. Amen.* tunc omnes Professi sedent, si Novitij vel Hospites præsentes fuerint, Novitij autem veniunt ante Præsidentem ad medium Capituli ordine suo, & ibi prostrati elevatis parumper capitibus simul agnoscunt suas culpas in genere dicentes singuli : *Est mea culpa quod non servaverim Regulam & Statuta, petens poenitentiam propter Deum.* Et dicit Præsides : *Dominus Iesus ignoscat omnium nostrorum defectibus.* Deinde acceptis pro generalibus defectibus poenitentiis, nisi surgere jubeantur, statim singuli ordine suo genuflexi culpas suas intelligibiliter proclamant in specie, qui à Præsidente juxta culparum exigentiam admonentur, corripuntur, vel animantur pro sua discretionem & prudentiam, acceptaque poenitentiam Novitij osculantes terram surgunt & manent genuflexi, donec omnes expediti sint, tunc simul omnes surgunt reverentia prius cruci facta, egrediuntur è domo Capitulari ad chorum, omnia disposituri pro legendis Horis.

5. Dimissis Novitiis, & si qui sint non Conventuales, vel non de corpore Capituli, agnoscunt culpam suam, acceptaque poenitentia exeunt. Denique Professi omnes simul culpas agnoscunt modo quo supra Novitij, eodem modo respondet Præsides; Et quidem feria secunda & quarta pro culpis generalibus accepta poenitentia jubente Præsidente surgunt omnes, nisi ob speciales culpas aliqui specialiter forte monendi forent. Sed feria sexta post culpam generalem pronunciatam, erigunt se in genua, & consequenter omnes etiam (nisi surgendi licentia detur) agnoscunt culpas suas speciales, acceptaque poenitentia sedent, & tunc si Præsides habeat aliquid dicendum, illud pro ratione culparum, aut solemnitatum vel temporis, vel observantiam regulatis dicit.

6. Finitis omnibus claudit Capitulum dicendo : *Cæterum ambulemus in pace & charitate; Adjutorium nostrum in nomine Domini,*
& re.

& responso ab omnibus : *Qui fecit cælum & terram*, egrediuntur ad chorum inchoaturi Primam hora sexta.

TITULUS XV.

De Generali Absolutione.

1. **D**ies, quibus generalis Absolutio datur sunt sequentes. Vigilia Nativitatis Domini, nisi incidat in Dominicam. FERIA tertia Majoris Hebdomadæ. Vigilia Pentecostes. (Assumptionis B. M. V.) & S. P. N. Francisci, his diebus recommendatis de more Benefactoribus & dictis precibus omnes sedent & habita brevi aliqua & devota pro congruentia temporis exhortatione Prælati suam agnoscit culpam, ut Parte 4. Tit. 19. n. 7. dictum est. Postquam omnes agnoverunt cum Superiore culpas, hic surgit & stans conversus ad Fratres in terram prostratos jubet ut dicant *Confiteor*. Prælati deinde dicit *Misereatur, &c. Indulgentiam, &c.* Deinde injungit, ut quilibet dicat *Deus propitius esto mihi peccatori*, & indutus stola congruentis coloris dat absolutionem generalem.

Dominus noster Jesus Christus, qui est verus Pontifex, vos absolvat, et gratiam vobis copiosam infundat. Et ego auctoritate Dei ac BB. Petri et Pauli Apostolorum eius, vobis concessa mihi que commissa, absolvo vos in primis ab omni vinculo excommunicationis maioris vel minoris, suspensionis et interdicti, aut alterius cuiuscumque censuræ, et dispenso vobiscum in omni irregularitate, si quam incurristis. Eadem auctoritate absolvo vos à transgressione Mandatorum Dei, Ecclesiæ et Regule nostræ, nec non Statutorum Papalium, Synodaliū, Generalium, Provincialium, localium et aliorum quorum-

Hb 2

cumq̄s.

cumque. Item ab Horis Canonicis neglectis, transpositis, indebitè lectis vel omisissis. Deinde eadem auctoritate absolvo vos, quantum claves Ecclesie in hoc foro se extendunt, ab omnibus peccatis vestris: In nomine Patris et Filii ✠ et Spiritus sancti. Amen.

Deinde significet, quod quilibet eligere possit Confessarium, qui eum pro una vice absolvat auctoritate R. A. P. Ministri ab omnibus peccatis & casibus si quos commisisset.

TITULUS XVI.

De Oratione Mentali.

1. **I**N primis de nocte post Matutinum per spatium horæ dimidiæ orationi mentali omnes devotè insistant, quî de nocte choro non intersunt, recollectionem servabunt mane hora 4ta in choro. Item vesperi post Completorium, vel post cœnam, pro ratione temporis.
2. Ante meditationis initium alicujus libri spiritualis lectio lingua vernacula, ut etiam Laici intelligant, semper præmittatur, quæ meditationis materiam & devotionis fomentum subministret.
3. singulis annis ab omnibus inviolatè servetur octiduana recollectio, Annum à prima Januarij usque ad primam Januarij, anni sequentis computando, & P. Guardianus pro singulis octiduum istud distribuet, pro ut personis commodius à Communitatis servitiis carere poterit. Servantes octiduana exercitia, illo tempore confessi & Eucharistiæ Sacramento refecti, lucrantur plenarias Indulgentias, habentq; libertatem semel eligendi Confessarium cum plenitudine potestatis.
4. Fratres Laici tempore suorum exercitiorum, omni opere manuali & aliis ordinariis occupationibus sepositis, die ac nocte per omnia Communitatem sequuntur, iisque à P. Guardiano pro illo tempore aliquis Director assignetur: Clerici verò in choro omnibus fungantur

gantur officiis ad eos pertinentibus ; quod etiam præsent Patres Sacerdotes , qui tamen à prædicationibus & confessionibus audiendis toto illo tempore omnino abstineant , nisi summa necessitas iudicio P. Guardiani aliud requirat.

TITULUS XVII.

De Disciplina.

1. **A**D meliorem carnis mortificationem , disciplina ab omnibus sumatur tertio qualibet hebdomada : feria scilicet 2da. 4ta & sexta , dummodo non occurrat dies communionis , aut festum secundæ classis , in Statutis quoque tam Generalibus quàm Provincialibus excipiuntur quædam Octavæ.

2. Servatur autem disciplina mane postquam Communitas excitata : & dato à Portario signo : ut Parte 4. Tit. 19. n. 12. dictum : Præses in sua cella alta voce intonat Antiphonam *Ne reminiscaris* , & statim inchoat Psalmum *Miserere mei Deus*. Legitque primum Versum , & deinde alternatim proseguuntur usque ad finem cum *Gloria Patri*.

3. Absoluto Psalmo Communitas repetit simul Antiphonam :
*Ne reminiscaris Domine delicta nostra vel Parentum
nostrorum neque vindictam sumas de peccatis nostris.*

Et postea addit :

Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem ,
mortem autem crucis , propter quod et Deus exaltavit illum ,
et donavit illi nomen quod est super omne nomen , ut in
nomine **JESU** omne genu flectatur cœlestium terrestrium et
infernorum , et omnis lingua confiteatur illi quia Dominus no-
ster **JESUS CHRISTUS** in gloria est Dei Patris.

Hh 3

4. Dein-

4. Deinde Presidens Versum dicit :

Ÿ. *Proprio filio suo non pepercit Deus.*

℞. *Sed pro nobis omnibus tradidit illum.*

O R E M U S.

Respice quæsumus Domine super hanc familiam tuam ,
pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitavit
manibus tradi nocentium , et crucis subire tormentum. Fide-
lium Deus, etc. Requiem æternam, etc. Req. in pace. Amen.

Divinum auxilium maneat semper nobiscum. R. Amen.

5. Peracta disciplina , vadunt ad chorum oratur in cruce quin-
quies *Pater & Ave.*

6. In die Commemorationis omnium fidelium defunctorum , Psal-
mo MISERERE subjungitur Psalmus DE PROFUNDIS, & in fine , RE-
QUIEM ÆTERNAM, &c.

Ÿ. *A porta inferi.*

Ÿ. *Requiescât in pace.*

Ÿ. *Domine exaudi orationem meam.*

Ÿ. *Dominus vobiscum, &c.*

O R E M U S.

Fidelium Deus omnium Conditor , et Redemptor animabus
famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum
tribue peccatorum, ut indulgentiam quam semper optaverunt,
piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas cum
Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula
sæculorum. R. Amen.

Ÿ. *Requiescant in pace.* ℞. *Amen.*

7. Dum Frater aliquis in Conventu obiit, pro solatio animæ ipsius
fiat disciplina, ut supra in die Commemorationis omnium Defunctorum,
Collecta tamen variabitur, sic ut pro Sacerdote , dicatur Oratio :

Deus

*Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes : pro non Sacerdote : Absolve
quesumus Domine.*

TITULUS XVIII.

De Processionibus.

1. **P**ROcessiones fiunt quando & quomodo in Rubricis Missalis & in Agenda Romana præscribuntur, semperque totus Clerus præcedit Celebrantem, vide Rubricas in festo Purificationis B. M. V. & in Parasceve. Notandum tamen Decretum Cong. Card. ut in feria V. & VI. majoris hebdomadæ non fiat Processio Sacramenti extra Ecclesiam, sed à summo Altari ad locum præparatum, Fratres descendentes sistunt se in bono ordine : ut suo loco dictum est.

2. Processiones cum Venerabili Sacramento in quibus Celebrans nunquam cum aliis cantat ut docet GAVANTUS, servantur ipso die Venerabilis Sacramenti (nisi procedendum sit ad processionem Parochiæ) in festo S. FRANCISCI, S. ANTONII, Portiunculæ, in festo Dedicacionis, Patroni Ecclesiæ, & in diebus Confraternitatis. In his processionibus aliquis Frater superpelliceo indutus, medius inter duos Acolythos defert crucem, ita ut facies Crucifixi versa sit ante eum qui crucem defert. Vel vexillum pro loci consuetudine. Ad initium cantabitur O SACRUM, & sub processione per claustrum Hymnus : PANGE LINGUA, vel alius pro qualitate festi.

3. Si processio sit post prandium, illa finitur per TE DEUM LAUDAMUS, quod Cantores non incipiunt, nisi quando Officiator cum Venerabili ingressus est Ecclesiam, qui illud, non data benedictione, reponit & thurificat. Deinde sistit se contra Venerabile & non ad latus, Ministris similiter in locis consuetis contra Venerabile stantibus. Dum cantatur TU AD DEXTRAM DEI SEDES, Officiator imponit thus, & thurificat more solito, sic omnia disponens ut Venerabile manibus teneat. Dum dicitur : TE ERGO, & sub verbis : QUOS PRETIOSO SANGUINE benedicit populo.

4. Quan-

4. Quando sub processione cum sanctissimo Sacramento in aliquo altari elevatur Hostia, aut expositum est Ciborium, nullus propterea genuflectat aut aliam reverentiam exhibeat, sed uniformiter stantes vel incedentes sacram actionem cui sunt intenti, devote prosequantur. In processionibus vero in quibus Venerabile non defertur, si transire debeant Sacramentum, uno genu bini & bini flectunt, sed transeunter & absque mora, ne tota processio subsistere cogatur.

5. Si oporteat interesse processioni Parochiali, sitque consuetudo cum Clero sæculari alternatim psallendi, tempestivè insinuetur Fratribus quænam cantanda sint, ut ea parata habere possint.

6. In omnibus processionibus, præsertim publicis, graviter, modeste, & devote incedant, ac ab invicem, tam, quando standum, ac dum incedendum, sic remoti sint, ut inter præcedentem & subsequentem, ac etiam inter socium lateralem, nisi loci angustia impediatur, trium circiter passuum spatium relinquatur, omnesque suis sociis lateralibus ita attendant, ut debitus & uniformis incedentium ordo minime turberetur.

7. Si Processio Parochialis cum Venerabili venerit ad nostras Ecclesias, Officiator tempestivè sit paratus ad eam excipiendam. Modus verò incensandi & processionem recipiendi relinquatur locorum consuetudini.

8. Si processio, de qua supra num. 3. finiatur per Antiph. *O quam suavis*: hæc inchoatur dum Cantores intrant Ecclesiam. Officiator cum Venerabili altare ascendit, se ad populum vertit & sub verbis *Esurientes reple bonis*, eundem benedicit: ubi alia est in quibusdam Conventibus consuetudo ea retineri potest.

9. Cantores si sint Clerici sequuntur Clericos, si fuerint Sacerdotes vadunt ambo ubi Seniore ex iis juxta ordinem præcedentiæ ire oportet.

10. Si tota Communitas processionis causa in aliena Ecclesia sub elevatione sacræ hostiæ existat, non osculatur terram sed hostiam erecti adorant. Item dum cum Venerabili datur benedictio, genuflexi se profunde inclinant sine osculis terræ.

CÆ-

CÆREMONIALIS
 Fratrum Minorum strictioris
 Observantiæ Provinciæ Saxoniae
 sanctæ Crucis,

PARS VI.

DE VARIIS BENEDICTIONIBUS ET
 QUIBUSDAM ABSOLUTIONIBUS.

TITULUS I.

*De Benedictione et aspersione Aquæ Benedictæ
 in die Dominica.*

1. Qui die Dominico primam Missam celebravit faciet benedictionem aquæ.

2. Ante summum sacrum *Sacerdos celebraturus indutus pluviali coloris Officio convenientis*, si illud non habeatur, alba & stola indutus accedit ad altare & ibi ad gradus : id est, super primum altaris gradum juxta GAVANTUM, cum Ministris similiter indutis genuflexus, etiam tempore Paschali accipit à Diacono qui illud ab Acolytho acceperat aspersorium præmissis consuetis osculis, & primo ter aspergit altare in medio scilicet, deinde versus cornu Evangelij, tum Epistolæ : id autem ita moderate agat, ne pallium altaris commaculet. Si Venerabile Sacramentum expositum sit non aspergit altare, juxta Ambrosianum Missale,

fale, editum Anno 1618. Deinde se adhuc genuflexus, aspergit, incipiens *Antiphonam ASPERGES ME*, & mox erectus aspergit Ministros Diaconum & Subdiaconum, & post hos Versicularios omnes adhuc genuflexos.

3. Ministrorum aspersione facta, omnes surgunt, & Sacerdos exhibita altari reverentia aspergit Clerum & Populum habens à dextris Acolythum qui sinistrâ simbriam pluvialis elevat, & dextra vasculum aquæ benedictæ portat, sic tamen lateraliter procedat Acolythus, ut Sacerdos quasi uno passu præcedat, reliqui Ministri manent contra altare stantes: Sacerdos sub aspersione legit Psalmum MISERERE.

4. Si adsit Prælatus, illum singulatim aspergit, facta ante & post reverentia, si plures adsint, hæc reverentia non fiat nisi digniori, reliquos autem non singulatim, sed absque ulla reflexione ad majorem vel minorem dignitatem plures simul aspergit. Si Prælatus steterit in cornu Evangelij, post aspersionem illius, ab illo latere prosequitur ob commoditatem manus dextræ, & dum reversus ad Presbyterium, facta altari reverentia se vertit ad eos qui sunt in cornu Epistolæ, & incipiendo ab iis qui sunt altari proximiores reliquos aspergit: si verò Prælatus steterit in cornu Epistolæ, post aspersionem illius, facta altari reverentia se vertit ad cornu Evangelij, & ab iis qui ab altari remotiores sunt ob commoditatem manus dextræ, ut dictum est, aspersionem incipit & prosequitur.

5. Sacerdos aspergens non inclinatur caput Clero aut Populo: quos tamen decet capite detecto stare caputque reverenter Sacerdoti aspergenti inclinare: sub aspersione Sacerdos se decenter gerat, manumque ita elevet, ut moderatè appluat; & non in faciem aquam benedictam projiciat.

6. Sacerdos qui asperxit aquam, reversus ad altare reddit aspersorium Diacono stans ante gradus altaris. Etiam si citius redierit quam Chorus absolverit, manet cum Ministris, qui excepto Acolytho Sacerdotem aspergentem non comitantur, stans ante gradus ad altare conversus. Postquam verò Chorus finivit *junctis manibus dicit Versum: OSTENDE NOBIS DOMINE, &c.* ut in Missali.

7. Si

7. Si Episcopus adsit, Sacerdos antequam se aut Ministros aspergat, illi aspersorium, illud prævie osculando, reverenter porrigat, tum ut se, tum ut Celebrantem aspergat: si recuset, sed velit à Celebrante aspergi, id cum profunda reverentia modeste fiat. Si adsint personæ excellentes v. g. Comites aut Prælati Cathedralium Ecclesiarum, & ipsis aspersorium, antequam aspergatur Prælatus Ordinis nostri reverenter præsentari poterit: attendenda autem locorum consuetudo, ne vel per excessum vel defectum peccetur.

8. Dicta oratione EXAUDI NOS DOMINE, & facta altari genuflexione ad Sacristiam revertuntur, ubi Sacerdos deposito pluviali, accepto manipulo, assumit calulam pro Missa, Ministris etiam suos manipulos assumentibus.

TITULUS II.

De variis Benedictionibus.

Benedictio Indumentorum Sacerdotalium.

¶. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

R. *Qui fecit cælum & terram.*

¶. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

O R E M U S.

OMnipotens sempiterne Deus, qui per Moysen famulum tuum Pontificalia et Sacerdotalia, seu Levitica vestimenta, ad explendum in conspectu tuo ministerium eorum ad honorem et decorem nominis tui fieri decrevisti: adesto propitius invocationibus nostris; et hæc indumenta Sacerdotalia, desuper irrigante gratiâ tuâ ingenti benedictione per nostræ humili-

humilitatis servitium puri ✠ficare, bene ✠dicere et con ✠secrare digneris : ut divinis cultibus et sacris Misteriis apta et benedicta existant : his quoque sacris Vestibus, Pontifices et Sacerdotes, seu Levitæ tui induti, ab omnibus impulsionebus seu tentationibus malignorum spirituum muniti et defensi esse mereantur : tuisque Misteriis aptè et condignè servire et inherere, atque in his tibi placitè et devotè perseverare tribue. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

O R E M U S.

Deus invicta virtutis triumphator, et omnium rerum creator ac sanctificator, intende propitius preces nostras, et hæc Indumenta Leviticæ, Sacerdotalis et Pontificalis gloriæ Ministris tuis fruenda, tuo ore proprio bene ✠dicere, sancti ✠ficare et consecrare digneris, omnesque eis utentes, tuis Misteriis aptos, et tibi in eis devotè ac laudabiliter servientes, gratos efficere digneris. Per Dominum nostrum, etc.

O R E M U S.

Domine Deus omnipotens, qui Vestimenta Pontificibus, Sacerdotibus et Levitis in usum Tabernaculi Fœderis necessaria, Moysen famulum tuum facere jussisti; eumque Spiritu sapientiæ ad id peragendum replevisti; hæc Vestimenta in usum et cultum Misterii tui bene ✠dicere, sancti ✠ficare et conse ✠crare digneris : atque Ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis Spiritus gratiâ dignanter repleti, atque castitatis stolâ beatâ facias cum bonorum fructu operum Ministerii congruentis immortalitate vestiri. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen. Po-

Postea aspergantur aqua benedicta. Sacerdos potestatem habens indumenta sacerdotalia benedicendi, uti poterit tribus supra positis orationibus in benedictione plurium simul indumentorum, quando ipsi non vacat ad quaelibet quamlibet particularem adhibere benedictionem, ut sequitur.

Benedictio Amictus.

¶. *Adjutorium nostrum, &c.* ut supra.

O R E M U S.

Immens pietatis et plenitudinis gratiarum infusor Deus; qui per os Prophetæ tui dixisti: *expande amictum tuum super te, et operi ignominiam tuam, plenitudinem gratiæ tuæ et Bene* ✠ *ditionis tuæ super hunc Amictum quæsumus propitiatus extende; ut omnes, qui eo usifuerint, perfectam quam designat amictus castigationem vocis et gula sentiant, fiantque perfecta virtute decori, ut ex amictibus ipsis reddantur tibi Deo omnipotenti moribus et gratiâ speciosi. Qui vivis et regnas, etc.*

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Albæ.

¶. *Adjutorium nostrum, &c.* ut supra.

O R E M U S.

Domine Deus omnipotens, qui Aaron et Filios eius tunicis lineis in decorem et gloriam Sacerdotii indui præcepisti, cum quibus ipsi sanctificati, tibi etiam in Sanctuario ministrarent, hanc quæsumus lineam tunicam tuæ virtutis san-

Elificatione bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris : quatenus omnes, qui eâ induti in sancto ministerio tuo usi fuerint, digni fiant altaris tui *Ministri*, ipsosque septiformis gratiâ Spiritus sancti repletos, et castitatis zonâ præcinctos facias cum *Ministris Angelicis immortalitatis fruitione vestiri. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.*

Posteâ aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio Cinguli.

ÿ. *Adjutorium nostrum, &c. ut supra.*

O R E M U S.

Deus innocentie restitutor et puritatis amator, qui utriusque Testamenti Patres lumbos suos præcingere instruxisti : quo videlicet carnalem lumborum luxuriam discerent sobrietate continentie coarctare, sancti ✠ fica et bene ✠ dic, quæsumus Domine, cingulum istud, ut omnes, qui eo cincti fuerint, et ab aestu voluptatum carnalium refrigerium sentiant, et Spiritus sancti rore perfusi, quæ tua sunt mundo corde et casto corpore desiderent et sectentur. *Per Dominum nostrum, etc.*

Posteâ aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio Manipuli.

ÿ. *Adjutorium nostrum, &c. ut supra.*

O R E M U S.

Deus qui de fructu operum tuorum terram satias et secundum opera sua retribuis, et iudicas unumquemque ✠ Manipulum istum, per quem fructus bonorum operum designantur,

nantur, tuæ bene + dictionis dono sancti + fica, quatenus Mini-
 stri altaris tui, ipso utentes Manipulo, per bonorum operum
 fructum digna se gaudeant assequi præmia meritorum. Per
 Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio Stolæ.

ÿ. *Adjutorium nostrum, &c.* ut supra.

O R E M U S.

Ineffabilis benignitatis et clementiæ Deus, cuius jugum sua-
 ve, onusque leve esse tu ipse perhibes, quique per os Sapientis
 collum nos subicere jugo tuæ sapientiæ docuisti; bene + dic,
 quæsumus, et sancti + fica Stolam istam, jugum mansuetudinis
 præsignantem, ut Sacerdotes et Levitæ tui, qui eidem stolæ hu-
 meros et colla submiserint, suavitatis tuæ sentiant lenitatem,
 quatenus inter illam magnâ et innumerabilem turbam, quam
 B. Joannes vidit in conspectu Agni stolis albis amictam, stolas
 suas lavare in ipsius Agni sanguine mereantur; ac tamquam
 formosi in stola sua, et in multitudine suæ fortitudinis gradien-
 tes, stolâ induantur gloriæ aternaliter cum electis. Per Chri-
 stum Dominum nostrum. R. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio Planetæ seu Casulæ.

ÿ. *Adjutorium nostrum, &c.* ut supra.

O R E M U S.

Deus fons bonitatis et justitiæ, qui tui operis Ministros ad
 extremum vestimento casulæ, cuius munimine interius

omnia te gerentur, vestiri sanxisti, benedice quæsumus et sanctifica casulam istam, et concede petitionibus nostris, ut omnes hanc casulam induti, enumeratis intus omnium virtutum ornamentis, vinculum perfectæ charitatis super omnia habeant, quo desiderare, et quo proficere, te prestante valeant. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio Strictæ seu Tunicellæ.

ÿ. Adjutorium nostrum, &c. ut supra.

O R E M U S

OMnipotens sempiterne Deus, qui Moysi famulo tuo Levitica indumenta, quæ ad cultum Sanctuarii pertinent, facere præcepisti, benedice quæsumus, hanc Strictam seu Tunicellam, ut Subdiaconatus ministerii, quibus famuli tui decenter sunt ornati, et virtutum percipiant incrementa, et vitiorum monstra devitantes, ad te, qui via, veritas es, et vita, gratiosi valeant pervenire. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio Dalmaticæ.

ÿ. Adjutorium nostrum, &c. ut supra.

O R E M U S.

DEus omnipotens bonarum virtutum dator et omnium benedictionum largus infusor, supplices te rogamus ac petimus, ut mentibus nostris opem tuam benedictionis infundas, et hanc

et hanc Dalmaticam digno cultui tuo preparatam, virtute sancti Spiritus bene + dicere, sancti + ficare et conse + crare digneris; et omnibus eam portantibus gratiam sanctificationis sacri Mysterii tui benignè concede, ut in conspectu tuo sancti et immaculati, atque irreprehensibiles appareant, et auxilium tuæ misericordiæ acquirant. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio Pluvialis.

ÿ. *Adjutorium nostrum, &c.* ut supra.

O R E M U S.

Domine Deus, Pater omnipotens, Rex ac magnificus Triumphator, qui per sanctos Patres nostros, qui tibi in Sacerdotali ordine placuerunt, diversi generis Ornamenta, et vestimenta Sacerdotalia fieri, et in his ornari Sacerdotes tibi servientes voluisti; exaudi propitiis Orationem nostram, et hanc Cappam seu Pluviale, dexterâ tuâ sanctâ bene + dicere, sancti + ficare et conse + crare digneris, quatenus hoc Vestimentum Ministris et Levitis, Sacerdotibus ac Pontificibus tuis, ad Divinum cultum ornandum atque explendum proficiat, sanctisq; altaribus mundi et ornati in hac Veste ministraturi irreprehensibiles in actu et dicto, interiùs exteriùsque appareant, et tibi soli Deo, puro corde et mundo corpore, omnibus diebus vitæ suæ irreprehensibiliter sanctorum Patrum exempla sequentes servire valeant, iisque sacris Mysteriis secundum tuam

Kk

volun-

voluntatem quando tibi placuerit expletis, cœlestis regni Gloriam, cum omnibus nobis sibi que commissis percipere mereantur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio Mapparum seu Linteaminum
sacri Altaris.

ÿ. *Adjutorium nostrum, &c.* ut supra.

O R E M U S.

EXaudi Domine preces nostras, et hæc sancta Linteamina sacri Altaris usui preparata bene † dicere et sancti † ficare digneris. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

O R E M U S.

Domine Deus omnipotens, qui Moysen famulum tuum Ornamenta et Linteamina facere per quadraginta dies docuisti, quæ etiam Maria texuit et fecit in usum ministerii Tabernaculi Fœderis: bene † dicere, sancti † ficare et consecrare digneris hæc Linteamina ad tegendum involvendumque Altare gloriosissimi Filii tui Domini nostri IESU Christi: Qui tecum vivit et regnat, etc. R. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Corporalium & Pallarum,

ÿ. *Adjutorium nostrum, &c.* ut supra.

O R E M U S.

Clementissime Domine, cuius inenarrabilis est virtus, cuius Mystera arcanis mirabilibus celebrantur; tribue quæsumus,

sumus, ut hoc Linteamentum a propitiationis Bene \times dictione sanctificetur, ad consecrandum super illud Corpus et Sanguinem Dei et Domini nostri Iesu Christi Filii tui: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, R. Amen.

O R E M U S.

OMnipotens sempiternus Deus, bene \times dicere, sancti \times ficare et conse \times crare digneris Linteamentum istud ad tegendum includendumque Corpus et Sanguinem Domini nostri Iesu Christi Filii tui: Qui tecum vivit et regnat etc. Resp. Amen.

O R E M U S.

OMnipotens Deus manibus nostris opem tuam Benedictionis infunde: ut per nostram bene \times dictionem hoc linteamentum sanctificetur, et corporis ac sanguinis Redemptoris nostri novum sudarium Spiritus sancti gratia efficiatur. Per eundem Dominum, etc. Resp. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio sacrorum Vasorum, & aliorum
Ornamentorum.

ψ . Adjutorium nostrum, &c. ut supra.

O R E M U S.

EXaudi Domine preces nostras Pater clementissime, et haec purificanda Vasa et Ornamenta sacri altaris atque Ecclesiae tuae, sancti ministerii tui usui preparata bene \times dicere, san-

K k 2

ctificare

Et iustificare et consecrare digneris. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

O R E M U S.

Omnipotens sempiterne Deus, à quo omnia immunda purgantur, et in quo omnia purgata clarescunt: supplices filii tui omnipotentiam tuam invocamus, ut ab his Vasis, Ornamentis et Ministeriis, quæ tibi offerunt famuli tui, omnis spiritus immundus concussus longè discedat, et per tuam benedictionem ad usum et ministerium sancti Altaris et Ecclesie tue sanctificata permaneant. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Postea aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Tabernaculi seu Vasculi pro Sacrosancta Eucharistia conservanda.

ψ. *Adjutorium nostrum, &c.* ut supra.

O R E M U S.

Omnipotens sempiterne Deus Maiestatem tuam supplices deprecamur, ut Vasculum hoc pro corpore Filii tui Domini nostri Iesu Christi in eo condendo fabricatum, bene **✠**-dictionis tue gratia dicare digneris. Per eundem Dominum nostrum, &c. Resp. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Thuribuli.

ψ. *Adjutorium nostrum, &c.* ut supra.

ORE-

O R E M U S.

Deus, ad cuius sepulchrum cum aromatibus in specie animalium sanctarum virtutes sanctorum operum gestantium, diluculo mulieres venisse memorantur: et in cuius conspectu Angelus habens Thuribulum aureum stetit, et datis incensis de orationibus omnium Sanctorum ante Thronum Domini adolevisse, caelesti iussione divulgatur; adesto propitius invocationibus nostris, et hoc Thuribulum caelesti bene **✠** dictione perfunde, ut quicumque ex eo thymiamatis vel thuris fragrantiam senserint, tua donante immensa clementia odores orationum ante conspectum Maiestatis tuae per manus Sanctorum emittant Angelorum atque persolvant, Salvator mundi. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio generalis ad quamcumque rem, cuius alibi benedictio specialis non habetur.

Ÿ. Adjutorium nostrum, &c. ut supra.

O R E M U S

Bene **✠** dic Domine creaturam istam N. ut sit remedium salutare generi humano, et presta per invocationem sancti Nominis tui, ut quicumque ex ea (vel eo) sumpserint vel usi fuerint, salutem animae, et corporis suscipiant sanitatem. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Annuli pro puella Virginitatis votum habente, aut jam emittente.

Kk 3

V. Ad-

ψ. *Adjutorium nostrum, &c. ut supra.*

O R E M U S.

Creator et Conservator humani generis, dator gratiæ spiri-
tualis, et largitor humanæ salutis, tu Domine emitte be-
ne ✠ dictionem tuam super hunc annulum; ut, quæ eum ge-
staverit, cœlesti virtute munita fidem integram fidelitatemque
sinceram teneat; sicut Sponsa Christi virginitatis propositum
custodiat, et in castitate perpetua perseveret. Per Christum
Dominum nostrum. Resp. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio Crucis pectoralis.

ψ. *Adjutorium nostrum, &c. ut supra.*

O R E M U S.

OMnipotens Deus, qui crucis signum pretioso Filii tui
sanguine dedicasti, qui que per eandem crucem Filii tui
Domini nostri Jesu Christi mundum redimere voluisti, et per
virtutem eiusdem venerabilis crucis humanum genus ab an-
tiqui hostis chyrographo liberasti; te suppliciter exoramus,
ut digneris hanc crucem paternâ pietate bene ✠ dicere, et
cœlestem ei virtutem et gratiam impertire; ut quicumque
eam in passionis et crucis Unigeniti tui signum ad tutelam cor-
poris et animæ super se gestaverit, cœlestis gratiæ plenitudinem
in ea, et munimen valeat tuæ benedictionis accipere. Quem-
admodum virgam Aaron ad rebellium perfidiam repellen-
dam benedixisti, ita et hoc signum tuâ dexterâ bene ✠ dic, et
contra

contra omnes diabolicas fraudes virtutem ei tuæ defensionis impende : ut portantibus illud animæ pariter et corporis prosperitatem conferat salutarem , et spiritualia in eis dona multiplicet. Per eundem Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio Rosarij.

ŷ. *Adjutorium nostrum, &c.* ut supra.

O R E M U S.

OMnipotens et misericors Deus , qui propter nos Filium tuum unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum, de cœlis in terram descendere, et de Beatissimæ Virginis Mariæ utero Angelo nuntiante , carnem suscipere voluisti, ut nos eriperes de potestate diaboli ; obsecramus immensam clementiam tuam , ut hæc signa Psalterii in honorem et laudem eiusdem Genitricis Filii tui ab Ecclesia tua fidei dicata benedicas et sancti fices , eisque sanctam infundas virtutem Spiritus sancti, ut quicumque horum quodlibet secum portaverit, atque in domo sua reverenter habuerit , sancta abundet devotione, et ab omni hoste visibili et invisibili semper et ubique in seculo liberetur, et in exitu suo à Beatissima semper Virgine Maria tibi plenus bonis operibus presentari mereatur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Bene-

Benedictio vini in festo S. Joannis Evangelistæ.

℣. *Adjutorium, &c.*

℣. *Dominus vobiscum, &c.*

† *Initium S. Evangelii secundum Joannem.*

℣. *Gloria tibi Domine.*

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum : & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt : & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat : & vita erat lux hominum : & lux in tenebris lucet : & tenebra eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat : & mundus per ipsum factus est : & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis : neque ex voluntate viri : sed ex Deo nati sunt. Et Verbum Caro factum est, & habitavit in nobis. Et vidimus gloriam ejus : gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratia & veritatis.

R. *Laus tibi Christe.*

P S A L M U S.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit : in loco pascue, ibi ^{me} collocavit.
Super aquam refectiois educavit me, animam meam convertit.

Deduxit me super semitas justitiæ : propter nomen suum.

Nam etsi ambula vero in medio umbræ mortis : non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Virga tua & baculus tuus : ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam : adversus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum : & calix meus inebrians, quàm præclarus est.

Et misericordia tua subsequetur me : omnibus diebus vitæ meæ.

Et ut inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

Gloria Patri. & Filio, &c.

Kyrie

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster, &c.

Ps. Et ne nos inducas in tentationem, &c.

Ps. Salvos fac fideles tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

Ps. Esto nobis Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

Ps. Gustate & videte quoniam suavis est Dominus.

R. Beatus vir, qui sperat in eo.

Ps. Et si mortiferum quid bibent.

R. Non eis nocebit.

Ps. Domine exaudi orationem meam, &c.

Ps. Dominus vobiscum, &c.

O R E M U S.

Deus, et Pater Domini nostri Iesu Christi cuius Imperio
cœli firmati sunt; cui omnis creatura deservit, et omnis
potestas subiecta est, et expavescit: nos te in auxilium nostrum
invocamus, cuius audito nomine serpens conquiescit: draco
fugit: vipera filet: et subdola illa quæ dicitur rana inquieta
torpescit: scorpio extinguitur: regulus vincitur: squal-
langus nihil noxium operatur: et omnia venenata et adhuc
fortiora animalia noxia terrentur. Tu Domine extingue om-
nes diabolicas fraudes et omnes humano generi adversantes
nequitias, et hunc liquorem vini per intercessionem S. Joannis
Evangelistæ tuæ virtute benedicito, et omnes ex eo gustantes
meritis et precibus sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ, omnium
Sanctorum tuorum intervenientibus, ab omni malo custodias:
et ad Regnum gloriæ tuæ perducas. Per Dom. etc.

O R A T I O.

Deus, qui mirabili potentia vinum producis ex vite, ut inde

Ll

exhi-

laretur cor hominis : qui mirabili potentia in Chana Galilee
ad potandum : nuptiali populo aquam convertisti in vinum,
quique mirabilissimam potentiam per manus Sacerdotum elemen-
tum vini quotidie in sacratissimum tuum transformas sangui-
nem. Deus cuius potestate Joannes Evang. venenosi potus
digessit toxicum, bene ✠ dicere dignare hanc creaturam vini,
ut omnes ex eo gustantes expulso toto genere nocivo, infuso tua
bene ✠ dictionis mysterio in anima et corpore mereantur mi-
sericorditer exhilarari. Per Dominum nostrum Iesum Chri-
stum, etc.

O R E M U S.

BEati Joannis Evangeliste quæsumus Domine supplicatio-
ne placatus : et veniam nobis tribue, et remedia æterna
concede. Per Dominum nostrum, etc.

Et bene ✠ dictio Dei Pa ✠ tris Omnipotentis, et Fi ✠ lii, et
Spi ✠ ritus sancti descendat super hunc liquorem vini, et ma-
neat semper. Amen.

Benedictio Candelarum extra diem Purifica-
tionis B. M. V.

✠. Adjutorium nostrum, &c.

✠. Dominus vobiscum, &c.

O R E M U S.

Domine Iesu Christe Fili Dei vivi, bene ✠ dic candelas
istas supplicationibus nostris, et infunde eis Domine, per
virtutem sanctæ cru ✠ cis benedictionem cœlestem, qui eas ad
repellendas tenebras humano generi tribuisti : talemque be-
nedictio-

nedictionem signaculo sanctæ crucis accipiant, ut quibuscunque locis accensa, siue posita fuerint, discedant Principes tenebrarum, et contremiscant, et fugiant pavidum cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis: nec præsumant amplius inquietare, aut molestare servientes tibi Omnipotenti Deo.

Qui vivis et regnas in secula seculorum. Resp. Amen.

Postmodum aspergantur aquâ benedictâ.

Benedictio Domorum, quocunque anni tempore faciendâ, cum asperzione aquæ benedictæ.

Parochus seu alij Sacerdotes volentes aliquam particularem domum, vel generaliter domos fidelium alio tempore intra annum aspergere aquâ benedictâ, ingredientes domum dicant: *Pax huic domui, & omnibus in ea habitantibus.* Deinde loca aspergendo dicant Antiphon. *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lavabis me, & super nivem dealbabor.*

P S A L M U S.

Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Gloria Patri, &c. & repetitur Antiphona: Asperges me Domine, &c.

ÿ. Domine exaudi orationem meam, &c.

ÿ. Dominus vobiscum, &c.

O R E M U S.

Exaudi nos Domine, sancte Pater omnipotens, eterne Deus, et mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum.
Resp. Amen.

Deinde aspergat aquâ benedictâ.

Benedictio Domus novæ, vel loci.

Quando benedicitur domus, accendatur una candela benedicta,
& crux antecedar.

Ÿ. *Adjutorium nostrum, &c.*

Ÿ. *Dominus vobiscum, &c.*

O R E M U S.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Sacerdotibus tuis præ
cæteris tantam gratiam contulisti : ut quidquid in tuo
nomine dignè, perfectèque ab his agitur, à te fieri credatur.
Quæsumus immensam clementiam tuam, ut quod modò visi-
taturi sumus, visites, quidquid benedicturi, be-
nedicas et ad ea, quæ acturi sumus, dextram tuæ potentia extendas, fiatque
ad nostræ humiliatis ingressum, et introitum, Sanctorum tuo-
rum meritis, fuga demonum, et Angelipacis ingressus, per
Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

O R E M U S.

DOMINE sancte Pater, per merita N. benedic
domum istam, bene-
dic introitum nostrum, be-
ne-
dic ingressus pedum nostrorum : sicut dignatus es do-
mum Patrum nostrorum Abraham, Isaac, et Jacob, bene-
dicere. O! Domine JESU CHRISTE quæsumus,
qui Discipulis tuis dixisti, in quamcunque domum intraveri-
tis, salutate eam dicentes, pax huic domui : veniat pax illa
super domum istam, et super omnes famulos, et famulas tuas,
qui eam inhabitant nunc, et inhabitaturi sunt, et eos ab omni in-
firmitate eripere et liberare digneris, et replere centesimo fructu
vini, et olei, et frumenti, et in futurum illis æternam concede-
re gloriam. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.
Bene-

Benedic Domine domum istam, et locum istum cum edificiis suis : et sit ibi sanitas, sanctitas, virtus, et gloria, atque humilitas, bonitas, et mansuetudo, lenitas, et plenitudo legis, obedientiaque Deo Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Haec Bene dictio sit super domum vel super locum istum, et super omnes habitantes in eo, Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

Sancti Angeli Dei descendant in hanc domum : et eam defendant, et protegant ab omnibus demonibus, et factoris, per pietatem Dei semper. Amen.

Conserua Domine Domum istam in aeternum impollutam, quam à spiritibus immundis flagellantibus, nunc mundo, purgo, et benedico et sanctifico, egrediatur fons de domo tua Domine super domum istam, ut irrigetur misericordiâ tuâ, et dic Angelo percutienti : cesset jam manus tua : appareat Maestas tua, et sanctifi et cet hoc habitaculum. Sancta Maria inuoco nomen tuum super hanc domum, et locum : benedic eum : quia tu es Mater misericordiæ, et consolatrix afflictorum : S. Pater, N. exurge, et per Passionem Jesu Christi benedic, et sanctifica et hanc domum, et locum istum, ut demones et eorum maleficia non possint latere, neque stare in hac domo, vel loco, nam ego N. Sacerdos Dei, et Servus tuus, in tuo nomine destruo, et annihilat facturas, et omnia maleficia facta, vel fienda in hac domo, vel loco, et benedico et sanctifico et hanc domum, et locum : ut demones, et factoris eorum non possint stare, nec durare, sed nunc omnia destruantur, et

ficiant. In nomine Pa^tris et Fi^li, et Spiritus ^sancti,
Amen.

Peto Domine, per tuam bonitatem, ut domus, et locus iste, sit benedictus ^{et} à tua sancta dextera: ut sit ignis ardens demonibus, ut semper fugiant confusi; nec ullo modo possint stare, nec latere, vel die, vel nocte, et omnes habitantes securi sint, et quiescant in tua pace, sine turbatione, vel strepitu, et sine aliquo nocumento diabolico, et tua benedictio sit semper super domum, et locum istum, et super omnes habitantes in eo, per te Iesu Christe, Amen.

Pax, et bene^fictio sanctissimæ Trinitatis, et S. N. patrocinium descendat super domum hanc. Amen.

Et habitantes in hac domo per nomen Iesu possint devotè orare, quiete dormire, comedere, bibere, et alia naturalia agere licite, et exercere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.
Aspergatur aquâ benedictâ, & thurificetur.

Benedictio Panis.

ÿ. *Adjutorium nostrum, &c.*

ÿ. *Dominus vobiscum, &c.*

O R E M U S.

Domine Iesu Christe panis Angelorum, panis vivus aeternæ vitæ, bene ^{et} dicere dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto, ut omnes ex eo gustantes, inde corporis et animæ percipiant sanitatem. Qui vivis et regnas in sæcula sæcula sæculorum. Resp. Amen.

Aspergat aquâ benedictâ.

Alia

Alia benedictio Panis.

ŷ. *Adjutorium nostrum, &c.*

ŷ. *Dominus vobiscum, &c.*

O R E M U S.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae DEUS, bene + dicere digneris hunc panem tua sancta spiritali benedictione: ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis, atque contra omnes morbos, et universas inimicorum insidias tutamen. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, panem vivum, qui de caelo descendit, et dat vitam, et salutem mundo; et tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. R. Amen.

Et aspergat aquâ benedictâ.

Benedictio ad quodcunque Comestibile.

ŷ. *Adjutorium nostrum, &c.*

ŷ. *Dominus vobiscum, &c.*

O R E M U S.

Bene + dic Domine creaturam istam N. ut sit remedium salutare generi humano: et presta per invocationem sancti nominis tui, ut quicumque ex ea sumpserint, corporis sanitatem, et animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Aspergat id aquâ benedictâ.

Benedictio Armentorum, Equorū Boum Ovium, &c.

ŷ. *Adjutorium nostrum, &c.*

ŷ. *Dominus vobiscum.*

O R E M U S.

Deus

DEus Pater Domini nostri Jesu Christi, cuius verbo cœli firmati sunt, cui omnis creatura deseruit, omnis potestas subiecta est, cuius audito nomine serpentes conquiescunt, dracones fugiunt, viperae silent, scorpiones extinguuntur, reguli vincuntur, phalangia nihil noxium operantur, venenata non nocent, cunctaque noxia animalia licet ferocia terrentur: ad auxilium nostrum te imploramus. Tu ab hoc armento omnes diaboli fraudes repelle, ferarum incursum amove, venena rescinde, eumque ab omnibus infirmitatibus, et periculis libera. Dignare Domine per nomen sanctissimum dulcissimi Filii tui, per intercessionem B. V. Mariæ Matris eius; per merita S. Antonii, omniumque Electorum tuorum conservare hunc gregem, expurgare ab omni adversariorum nequitia stabulum, salvificare pabulum, fecunditatem ei tribuere, ei tua efficacissima benedictione replere omnia, quæ usui huius armenti adaptantur, et adaptanda erunt. Per eundem Dominum, etc.

Sequentia sancti Evangelij secundum Lucam.

R. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Pastores loquebantur ad invicem, dicentes: Transeamus usque Bethlehem, & videamus hoc Verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis: & venerunt festinantes, & invenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognoverunt de Verbo, quod dictum erat illis de puero; & omnes qui audierunt, mirati sunt; de his, quæ dicta erant à Pastoribus ad ipsos: Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reversi sunt Pastores glorificantes & laudantes Deum in omnibus, quæ audierant, & viderant sicut est ad illos dictum.

R. Laus tibi Christe.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R E

O R E M U S.

Domine Deus, Rex cœli et terræ, Verbum Patris, per quem
 Omnia facta sustentationi nostræ tradita sunt. Qui ut
 redimeres nos peccatores à faucibus inferni, et à potestate dia-
 boli, carnem nostram sumere decrevisti, et per Spiritum san-
 ctum in utero B. V. Mariæ conceptus, in caula inter jumenta
 nasci non es dedignatus, et pannis involutus in præsepio recl-
 nari voluisti: respice quæsumus humilitatem nostram, et
 sicut nostris laboribus, atque necessitatibus per jumenta subve-
 nimentum tribuisti, ita tua benignissima miseratione hæc ar-
 menta custodire et tueri non recuses, nobisque famulis tuis,
 cum temporali proventu tuam immarcessibilem gratiam con-
 ferre. Qui vivis et regnas, etc.

Aspergatur, &c.

Benedictio Scapularis B. V. MARIE.

Accensam candelam habeat.

Ps. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

Rx. Et salutare tuum da nobis.

Ps. Domine Deus virtutum converte nos.

Rx. Et ostende faciem tuam & salvi erimus.

Ps. Domine exaudi orationem meam, &c.

Ps. Dominus vobiscum, &c.

O R E M U S.

Suppliciter te Domine rogamus, ut super hunc habitum ser-
 vo tuo imponendum bene **✠** dictio tua benigna descendat,
 ut sit benedictus, atque divina virtute proculpellantur hostium
 nostrorum visibilibus, et invisibilium tela nequissima.

Amen.

M m

O R E-

O R E M U S.

CApit omnium fidelium Deus, et humani generis Salva-
tor, hunc habitum, quem propter tuum, tuæque Genitricis
Virginis Maria de monte Carmelo amorem, atque devotio-
nem, servus tuus est delaturus, dextera tuâ sancti ✠ fica, et
hoc quod per illum mysticè datur intelligi, tuâ semper custodiâ
corpore et animo servetur, et ad remunerationem perpetuam
cum Sanctis omnibus felicissimè perducatur. Qui vivis et
regnas in secula seculorum. Amen.

O R E M U S.

CReator, Conservator, et Salvator omnium, largitor hu-
manæ salutis Deus, et dator gratiæ spiritualis, bene ✠ di-
ctionem tuam super hunc habitum immitte; ut qui eum gesta-
verit, cœlesti virtute munitus, fidem integram, spem firmam,
et charitatem desideratam teneat, et à te nunquam separari
permittas. Qui vivis et regnas in secula seculorum, Amen.

Aspergatur, &c.

Benedictio Ensis.

Minister coram benedicturo enses, & enses accepturo, teneat
ensem, benedicens autem sedeat & dicat:

✠. Adjutorium nostrum, &c.

✠. Dominus vobiscum, &c.

O R E M U S.

BEne ✠ dicere digneris quæsumus Domine Ensem istum, et
hunc famulum tuum N. N. qui eum te inspirante suscipere
desiderat, pietatis tuæ custodiâ munias, et illæsum conserves.
Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Deinde

Deinde aspergat ensem aquâ benedictâ & accipienti genuflexo tradat eum sequentia dicendo :

Accipe NN. ensem istum in nomine Pa + tris, & Fi + lij, & Spi + ritus sancti, & utaris eo ad defensionem tuam, ac S. Dei Ecclesia, & ad confusionem inimicorum Crucis Christi, ac fidei Christianæ; & quantum humana fragilitas permiserit, cum eo neminem injustè ledas. Quod ipse tibi prestare dignetur, qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum. R. Amen.

Benedictio Vexilli bellici.

V. Adjuvator nostrum, &c.

V. Dominus vobiscum.

O R E M U S.

OMnipotens sempiterne Deus, qui es cunctorum Benedictio, et triumphantium fortitudo : respice propitius ad preces humilitatis nostræ, et hoc Vexillum, quod bellico usui præparatum est, cœlesti benedictione sanctifica, ut contra adversarias et rebelles nationes sit validum, tuoque munimine circumseptum, sitque inimicis Christiani populi terribile, ac intercedentibus Sanctis tuis, solidamentum, et victoriae certa fiducia. Tu enim es Deus, qui conteris bella, et cœlestis præsidii sperantibus in te præstas auxilium. Per Christum, etc.

Aspergatur aquâ benedictâ, & cui traditur dicatur :

Accipe Vexillum cœlesti benedictione sanctificatum : sitq; inimicis populi Christiani terribile, & det tibi Dominus gratiam ; ut ad ipsius nomen, & honorem cum illo hostium cuneos potenter penetres incolumis, & securus. In nomine Pa + tris, & Fi + lij, & Spi + ritus sancti, Amen.

Si quis aliarum rerum, præter supradictas Benedictiones desideret, consulat imprimis Pontificale Romanum, nostrum P. SANNIG, aliosque Auctores.

TITULUS III.

De Benedictione Agni Paschalis, Ovorum et
Panis.

IN festo sancto Paschæ fit Agni Paschalis solemnis benedictio hoc ritu :

Ponantur in mensa Agnus Paschalis affatus, aliæve carnes, ova & panis. Sacrista curam habet ut tempestivè habeatur aquâ benedictâ; Acolythus crucem defert, cui assistunt duo Versicularii, omnes superpelliceis induti, tenentes candelabra cum candelis accensis. Tum Praeses assumpta stola benedicit agnum, ova & panem, ut sequitur :

ÿ. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

R. *Qui fecit caelum & terram.*

ÿ. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

O R E M U S.

DEus qui per famulum tuum Moysen in liberatione populi tui de Ægypto, agnum occidi iussisti, in similitudinem Domini nostri Jesu Christi, et utrosque postes domorum de sanguine eiusdem agni perungi praecepisti : ita benedice et sancti-
ficare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus, per resurrectionem eiusdem Domini nostri Jesu Christi, qui tecum vivit et regnat in secula seculorum. *Resp. Amen.*

O R E M U S.

Subveniat quaesumus Domine tuae benedictionis gratia huic ovorum creaturae : ut cibus salubris fiat fidelibus tuis,
in tua-

in tuarum gratiarum actione sumentibus, ob resurrectionem
Domini nostri Iesu Christi : Qui tecum vivit et regnat in
secula seculorum. Resp. Amen.

O R E M U S.

Domine Iesu Christe Panis Angelorum, panis vivus æ-
ternæ vitæ bene ✠ dicere dignare panem istum, sicut be-
nedixisti quinque panes in deserto, ut omnes ex eo gustantes,
inde corporis et animæ percipiant sanitatem : Qui vivis et
regnas in secula seculorum. Resp. Amen.

Benedictione peracta Acolythus cum Versiculariis discedunt, &
dicitur Benedictio mensæ.

TITULUS IV.

Forma Absolutionis ab Hæresi.

Postquam Hæreticus est sufficienter instructus in articulis Fidei,
adducatur coram testibus ad aliquod altare, & si sit Hæreticus ro-
leratus in partibus Germaniæ, non fiant aliæ Cæremoniæ verberatio-
nis, &c. Sed jubeatur facere professionem Fidei sequentem editam à
Pio IV.

Professio Fidei à Pio IV. decreta.

Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur
in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet : Credo
in unum Deum Patrem Omnipotentem, Factorem cæli & terra, visibilibus
omnium & invisibilibus. Et in unum Dominum Iesum Christum Filium Dei
unigenitum, ex Patre natum ante omnia secula : Deum de Deo, lumen de
lumine, Deum verum de Deo vero ; Genitum non factum consubstantialem
Patri per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter
nostram salutem, descendit de cælis. Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex

Mm 3

Maria

MARIA Virgine : *ET HOMO FACTUS EST.* Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato, passus & sepultus est. Et resurrexit tertiâ die secundum scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria, judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & vivificantem; Qui ex Patre Filioque procedit; Qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur. Qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma, in remissionem peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi.

Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones; reliquasque ejusdem Ecclesie observationes, & constitutiones, firmissimè admitto, & amplector.

Item Sacram Scripturam juxta eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu, & interpretatione Sacrarum Scripturarum, admitto: nec eam unquam nisi juxta unanimum consensum Patrum accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoque septem esse verè & propriè Sacramenta novæ legis à Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre: & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine Sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque & approbatos Ecclesia Catholica ritus, in supradictorum omnium Sacramentorum solemnè administratione recipio & admitto.

Omnia & singula quæ de peccato originali, & de justificatione, in sacrosancta Tridentina Synodo definita, declarata fuerunt, amplector, & recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum proprium, & propitiatorium Sacrificium pro vivis et defunctis: atque in sanctissimo Eucharistia Sacramento esse verè realiter, & substantialiter corpus & sanguinem, una cum anima, & divinitate Domini nostri Iesu Christi; fierique conversionem totius substantiæ panis, in corpus, & totius substantiæ vini, in sanguinem; quam conversionem Catholica Ecclesia Transubstantiationem nominat.

Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi.

Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragijs iuvari: similiter & Sanctos unà cum Christo regnantes, venerandos, atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre atque eorum Reliquias esse venerandas.

Firmissimè assero imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse atque eis debitum honorem, venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo.

S. Catholicam, & Apostolicam Rom. Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem & Magistram agnosco, Romanoque Pontifici B. Petri Apostolorum Principis Successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, & juro.

Cetera item omnia à sacris Canonibus & Oecumenicis Concilijs, ac præcipuè à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor, simulque contraria omnia, atque hereses quascunque ab Ecclesia damnatas, rejectas, & anathematizatas ego pariter damno, rejicio, & anathematizo.

Hanc veram Catholicam Fidem, extraquam nemo salvus esse potest, quam in presenti spontè profiteor, ac veraciter teneo, eandem integram & inviolatam, usque ad extremum vitæ spiritum constantissime (Deo adjuvante) retinere & confiteri, atque à meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & predicari, quantum in me erit, curaturum: Ego idem N. spondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Eadem Professio pro Hæretico Germanico.

Ich N. bekenne und glaube von grund meines Hertzens
samentlich und sonderlich alles so in dem heiligen Glau-
ben begriffen ist / den die heilige Römische Kirch / auf
diese Weise gebraucht. Ich glaube in einen Gott Väter/
Allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erden / aller sicht-
baren und unsichtbaren Dingen / und in einen unsern Herrn Ie-
sum

sum Christum/ den eingebornen Sohn Gottes/ aus dem Vatter von Ewigkeit geboren/ Gott von Gott/ Licht vom Licht/ ein wahrer Gott/ vom wahren Gott geboren/ und nicht erschaffen/ gleicher Substantz und Wesens mit dem Vatter/ durch Ihn seynd alle Ding erschaffen. Der umb uns Menschen und unsers Heyls willen ist gestiegen von den Himmeln/ und hat durch den heiligen Geist aus Maria der Jungfrauen Fleisch an sich genommen/ und ist Mensch worden. Er ist auch für uns unter Pontio Pilato gecreuziget worden/ hat gelitten/ und ist begraben/ und am dritten Tage/ laut der heiligen Schrift/ wiederumb auffgestanden. Er ist gen Himmel auffgefahren/ sitzet zur Rechten Gottes des Vatters/ und wird wiederumb kommen mit Glory und Herrlichkeit zu richten die Lebendigen und die Todten/ dessen Reichs kein Ende seyn wird. Ich glaube auch an den heiligen und lebendigmachenden Geist/ der vom Vatter und dem Sohn ausgehet/ der sambt dem Vatter und dem Sohn zugleich wird angebetet/ und geehret/ der geredt hat durch die Propheten. Ich glaube auch eine einige/ heilige/ Catholische und Apostolische Kirchen. Ich bekenne eine Tauff zur Vergebung der Sünden/ und erwarte die Auffstehung der Todten/ und ein Leben der künfftigen Zeit. Amen.

Ich glaube auch vestiglich/ und nehme an/ der heiligen Apostel/ und Catholischen Kirchen Lehr/ Ordnung und Satzungen. Die heilige Schrift verstehe und lasse ich zu/ in dem Verstand/ den die heilige Kirch unsere Mutter bisshero gehalten und noch hält/ deren da zugehöret/ von dem rechten Verstand und Auflegung der heiligen Schrift zu urtheilen/ und zu richten: Ich will auch gemelte Schrift allezeit nach der einhelligen Auflegung der heiligen Vätter verstehen und auflegen.

Ich glaube und bekenne auch/ das warhafftig und eigentlich sieben H. Sacrament des Neuen Gesetzes oder Testaments/ von Christo Jesu unserm Herrn eingesetzt und dem menschlichen Geschlecht sehr nützlich (wiewol nicht alle einem jeden Menschen zur Selig-

Selig

Seeligkeit nohtwendig) seyn / als die Tauff / die Firmung / das Sacrament des Altars / die Buss / die letzte Delung / die Priesterweyhe / und die Ehe / und das die Sacrament dem Menschen Guad mittheilen / aus welchen die Tauff / die Firmung / und die Priesterweyh / ohne grosse Gottslästerung / nicht mögen zum andermahl wiederholet werden.

Ich nehme auf / und an / alle bewährte und gewöhnliche Bräuche und Ceremonien der Catholischen Kirchen / die sie in hochbemelter Sacramenten öffentlicher Reichung und Administration gebraucht.

Desgleichen glaub ich alles sammentlich und sonderlich / was von der Erbsünd / und Rechtfertigung des Süners / im allgemeinen Concilio zu Trient / zu glauben erkläret und beschloffen worden ist.

Item / glaube ich / das in der heiligen Mess / GOTT dem Herrn ein wahres eigentliches / und Veröohn / Opfer / für die Lebendigen und die Todten aufgeopffert werde ; das im Hochwürdigen Sacrament des Altars sey warhafftig / leiblich / und wesentlich der Leib und das Blut mit Seel und GOTTheit unsers HERRN JESU Christi : und das die ganze Substantz des Brods in den Leib / und die ganze Substantz des Weins in das Blut Christi verwandelt werde / welche Verwandlung die Catholische Kirch nennet Transubstantiationem , das ist Verwandlung einer Substantz in die andere.

Ich glaube auch / das unter einer Gestalt allein der ganze und unzertheilte Christus / und das wahre Sacrament seines Fronleichnambs / fruchtbarlich genossen / und seliglich empfangen werde.

Ich glaube vestiglich / das ein Fegfeuer sey / und das den Christo glaubigen Seelen / so allda abzubüssen verhoffet / durch Fürbitt / Almosen / und andere Gottselige Werck der Glaubigen geholffen werde.

Item / das man die lieben Heiligen / welche mit Christo regieren /

ren/ als Freunde Gottes/ und unsere selige Mitglieder/ ehren/ und anrufen solle / und daß sie auch Gott für uns bitten/ darzu auch/ daß ihre heilige Leiber und Heilthumb / als gewesene Werkzeug des heiligen Geistes / so wieder am Jüngsten Tag zu ewiger Glor^{ry} erstehe werden / in Ehren zu haben seynd.

Ich glaube auch beständiglich / daß unsers Herrn Jesu Christi und seiner Mutter Mariä / auch anderer lieben Heiligen Bilder und Gemähl / welche uns der Wohlthaten Gottes / und aller guten Exempel erinnern / zu haben / und zu behalten seynd / und daß man ihnen gebührende Ehr und Reverentz erzeigen solle.

Item / ich glaube für gewiß / daß Christus unser lieber Herr / in der Kirchen den Gewalt des Ablass gelassen habe / und daß dessen Gebrauch dem Christlichen Volck hoch nützlich und heylsamb sey.

Ich erkenne auch die heilige Catholische Apostolische Römische Kirchen / für eine Mutter und Meisterin aller andern Kirchen.

Verheisse auch / und gelobe warhafftigen Gehorsamb dem Römischen Bischoffe / als der da ist des H. Petri / der Aposteln Fürsten / Nachkommer / und unsers Herrn Jesu Christi auf Erden Vicarius und Statthalter.

Desgleichen glaub ich auch / und nehme ungezweifelt an alles was von den heiligen Canonen und allgemeinen Concilien / und insonderheit von dem jüngst gehaltenen heiligen Concilio zu Trient / zu glauben für gehalten / gebotten / beschloffen und erkläret ist. Hergegen aber verwerffe / verfluche und verdamme ich alle Ketereyen / Irthümer / und Glaubens Spaltungen so von gemeldter Kirchen bisshero verworffen / verflucht und verdammet seyn.

Diesen wahren Catholischen Glauben / außserhalb dessen / niemand selig werden kan / den ich allhier zugegen freywillig bekenne und warhafftig glaube / denselben (wils Gott) will ich ganz unverleht / bis in meine Grube vestiglich und beständiglich halten und bekennen.

Ich will auch so viel mir möglich / allen Fleiß anwenden / damit dieser
dieser

dieser Glaub/ von meinen Unterthanen/ oder von denen/ welche meiner Sorg befohlen seyn/ gehalten/ gelehret und geprediget werde. Das verheisse/ gelobe und schwere ich N. also helffe mir die allerheiligste und unbegreifliche Dreyfaltigkeit / und alle Gottes Heiligen und Auserwöhlten/ Amen.

TITULUS V.

Forma Absolutionis Sacramentalis Hæretici.

Finitâ Professione Fidei, Professus facit professionem Sacramentalem, & Sacerdos ipsum absolvit formula sequenti.

Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis perducatur te ad vitam eternam. Amen.

Indulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, et ego auctoritate ipsius, et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, nec non sanctissimi Domini nostri Papæ N. mihi commissa, et hætenus nondum revocata, absolvo te ab omni vinculo excommunicationis, quoteneris propter hæresim, in qua vixisti: et incorpore te gremio sanctæ Matris Ecclesiæ, communioni fidelium, et participationi Sacramentorum eiusdem sanctæ Romanæ, Catholicæ et veræ Apostolicæ Ecclesiæ: deinde eadem auctoritate absolvo te ab omnibus peccatis tuis: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, Amen.

TITULUS VI.

Forma Absolutionis Sacramentalis Apostate à Fide.

Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis perducatur te ad vitam eternam, Amen.

Indulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Dominus noster Iesus Christus te absolvat, et ego auctoritate ipsius, et beatorum Apostolorum Petri et Pauli, nec non sanctissimi Domini nostri Papæ N. mibi commissa, ego te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, quam incurristi propter Apostasiam à Fide, et errores, quos fortassis etiam aliis tradidisti, et restituo te gremio sanctæ Matris Ecclesiæ, communioni fidelium, et participationi Sacramentorum eiusdem sanctæ Romanæ Catholicæ et verè Apostolicæ Ecclesiæ. Deinde eadem auctoritate ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis: In nomine ✠ Patris, et ✠ Filii, et Spiritus ✠ sancti Amen.

TITULUS VII.

Forma absolutionis Religiosi Apostatæ extra Sacramentum.

FRatribus capitulariter congregatis in loco Capituli, Religiosus Apostata iussu Superioris genuflexus disciplinat se flagellis recitando Psalmum: MISERERE MEI DEUS, &c. Eo finito Superior surgit & dicit KYRIE ELEYSON, cæteris respondentibus CHRISTE ELEYSON,

SON, & dicto PATER NOSTER sub silentio, Superior intelligibili voce dicit sequentia.

Ÿ. *Et ne nos inducas in tentationem,*

R. *Sed libera nos à malo.*

Ÿ. *Saluum fac seruum tuum.*

R. *Deus meus sperantem in te.*

Ÿ. *Esto ei Domine turris fortitudinis.*

R. *A facie inimici.*

Ÿ. *Domine exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

Ÿ. *Dominus vobiscum,*

R. *Et cum spiritu tuo.*

O R E M U S.

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, suscipe deprecationem nostram, et hunc famulum tuum N. fratrem nostrum, quem Apostasia sententia ligat, miseratio tuæ pietatis absolvat. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Deindè Præses Apostatam absolvat sequenti forma.

Authoritate Domini nostri Iesu Christi, et beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Prælatorumque nostri Ordinis, mihi in hac parte commissa, ego te absolvo ab hoc vinculo excommunicationis, quod teneris et ligaris per apostasiam: et restituo te sanctis Sacramentis Ecclesiæ, et communioni fidelium dispensando tecum in omni sententia irregularitatis, suspensionis et interdicti, si qua exinde innodatus teneris. In nomine Patris, † et Filii, † et Spiritus † sancti, Amen.

288

APPENDIX

*De iis quæ in accessu Episcopi ad Ecclesiam nostram, vel illo
præsente sub Divino Officio servanda vel facienda
sunt.*

1. **I**N primo accessu Episcopi ad Urbem vel Oppidum insigni sive Dicecesis, etiam Clerus Regularis exemptus, processioni cum excipienti interesse debet : insuper, in signum debitæ Reverentiæ, admittitur ad osculum manuum ; si quid præterea desideretur, Cæremoniarius Episcopi tempestive monebit : reliqua tunc agenda spectant ad Clerum sæcularem.

2. In primo accessu ad Ecclesiam nostram, totus Conventus cum cruce se sistit ante fores Ecclesiæ, ibidem P. Guardianus pluviali indutus cum profunda reverentia eidem præbet aspersorium, & Episcopus se, aliosque aspergit aqua benedicta. Postmodum ponitur thus in thuribulum & more solito benedicitur, & prævia profunda reverentia P. Guardianus, Episcopum stantem thurificat triplici ductu. Deinde toto Conventu processionaliter præcedente Dominus Episcopus ducitur ad genuflexorium pulcherrimo tapetæ ornatum.

3. Tum P. Guardianus, ut supra indutus accedet ad altare, & in cornu Epistolæ stans versus Episcopum, cantabit :

ÿ. Protector noster aspice Deus.

R. Et respice in faciem Christi tui.

ÿ. Salvum fac, &c.

R. Deus meus sperantem in te.

ÿ. Mitte ei auxilium, &c.

R. Et de Sion tuere eum.

ÿ. Nihil proficiat inimicus in eo.

R. Et filius iniquitatis non apponat, &c.

ÿ. Domine exaudi, &c.

R. Et clamor meus ad te veniat.

ÿ. Do-

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R A T I O.

Omnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabilia magna solus, preatende super hunc famulum tuum, et cunctas Congregationes illi commissas, spiritum gratiæ salutaris; et ut in veritate tibi complacet, perpetuum ei rorem tuæ benedictionis infunde; Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

4. His dictis, Cantores intonant Antiph. vel Responsorium de Patrono Ecclesiæ cum Versiculo; interim Episcopus procedit ad cornu Epistolæ, & stans cantat orationem de eodem Sancto; deinde in medio altaris stans dat benedictionem solemnem. Ita in Pontificali Romano, de Ordine recipiendi Prælatum, & in Cæremoniali Episcoporum Romano, lib. 1. cap. 2.

5. Si Legatus vel Nuntius aut Episcopus vel Suffraganeus prima vice ad Ecclesiam nostram venturus est, Guardianus ab ipso requirat; an placeat, ut ad ostium Ecclesiæ nostræ more Romano recipiatur, & tunc prædicto modo procedatur. Simili modo Reverend. P. Minister Generalis Ordinis nostri juxta statuta generalia prima vice recipiendus est.

6. De iis quæ Episcopo solemniter celebrante facienda sunt.

SI Episcopus in Ecclesia nostra solemniter Missam dignabitur celebrare, aliquot diebus ante P. Guardianus rogabit, ut habere possit Cæremoniale Episcoporum, ex quo per Sacellanum Ministri de faciendis in Sacro erudiri possint; Cum nimis multa sint, & raro id fiat, ut ideo hic exprimere necessarium non videatur.

Hoc autem observandum, ut V. Sacramentum in Monstrantia non exponatur in illo altari in quo Episcopus celebrabit solemniter: si tamen subinde fiat, Episcopus nunquam sedet sub Missa, ut in Cæremoniali Episcop. lib. 1, cap. 12, monetur.

7. De

7. De Missa solemniter coram Episcopo celebratur.

SI Legatus, Nuntius vel Episcopus Missæ solemniter interesse velit, ad portam Conventus professionaliter excipietur eo modo, quo supra dictum est, sed absque TE DEUM, deducitur ante summum altare, ubi à cornu Evangelij parata erit sedes, ad quam tribus gradibus Episcopus ascendat, ut habetur in Cærem. lib. 1. cap. 13.

Reliqua in Missa solemniter servanda, cum etiam multa sint & ex Cærem. Episcopi, diversis locis sumenda; ac raro in hac Provincia juxta Cærem. dictum practiceretur, à Sacellano Episcopi, dum sacro solemniter Mitra & Pluviali vel Cappa Episcopali indutus interesse dignabitur, commodius requirentur.

8. De Missa privata coram Episcopo celebranda.

EPiscopus præfens Missæ per alium celebrata, genuflectit super genuflexorio sibi parato ante medium altaris, vel è regione in cornu Epistolæ, nisi aliud situs loci suadeat.

De Ritu Celebr. Missam tit. 3. num. 2. *Celebraturus coram summo Pontifice, sistit se ante infimum gradum altaris à cornu Evangelij, ante ipsum summum Pontificem ubi genu flexus expectat donec benedictionem accipiat: accepta benedictione erigit se, & stans aliquantum versus ad altare, incipit Missam.*

A Papa petit Celebrans benedictionem, non ab aliis inferioribus Papæ, quibus profundè tantum inclinatur, ut infra: Minister autem tunc erit in cornu Epistolæ indutus superpelliceo.

Si autem sit coram Cardinale, Legato Sedis Apostolicæ, aut Patriarcha, Archiepiscopo & Episcopo, in eorum residentijs vel loco jurisdictionis: Episcopis datur hic honor in Ecclesijs etiam Regularium & exemptis intra suas Dioceses. Stans ante infimum gradum à cornu Evangelij, ut supra expectat: dato signo facit profundam reverentiam Pralato, & versus ad altare, incipit Missam.

Cum

Cum aliis Principibus & Prælati debet Sacerdos ita se gerere, ut eos quidem honoret, sed parcius quam prænominatos in Rubrica, puta antequam accedit ad altaris gradus, calicem tenens manibus ut supra, sese illis inclinet capite tecto. Idem præstare poterit in fine Missæ, recedens ab altaris gradibus, dum adhuc est in plano Capellæ.

Hæc jam dicta reverentia, quæ fit antequam Sacerdos accedat ad altare, à potiori facienda Prælati in Rubrica nominatis, & quidem capite detecto; ut praxis habet, quamvis Rubrica illius non meminerit; quam & faciet Minister, qui insuper toties, quoties Prælatum transit, eandem exhibebit.

N. 8. Sub Confiteor, ubi dicit Sacerdos *Vobis fratres*, dicat: *tibi Pater*, similiter in fine ubi dicit, *vos fratres*, dicat *te Pater*, quod dicens summo pontifici genuflectit, alijs Prælati profunde se inclinat.

N. 9. Cum Minister: & qui intersunt (etiamsi ibi fuerit summus pontifex) respondent Confiteor, dicunt *tibi Pater*, & *te Pater*, aliquantum conversi ad Celebrantem. Hoc advertat bene Minister, ne ipse se sicut Celebrans ad Prælatum convertat.

N. 10. Et cum dicit, *Oremus*, extendit manus.

N. 11. Et tunc si coram summo Pontifice aut alijs Prælati, ut supra celebret, facta summo pontifici genuflexione, alijs Prælati profunda reverentia, accedit ad medium altaris ante infimum gradum, & ibi incipit secreto: *Aufer à nobis ut in Ordine Missæ*. Et dum Sacerdos ascendit ad altare, Minister vadit ad locum ubi alias flectere solet.

Evangelio finito, liber Evangeliorum defertur deosculandus per Capellanum cotta indutum, qui Missæ assistit: & pariter post Agnus Dei ab eodem offertur ei pacis instrumentum, quod Episcopus osculatur: semper tamen Capellanus, sive Evangelium, sive pacem deferens observet, ne ullam prius reverentiam faciat versus Episcopum, aut alios, quam librum aut instrumentum pacis osculandum præbuerit.

Et si fortè cum Episcopo essent alii Prælati exteri seu etiam ipso majores, ut Archiepiscopus aut Cardinalis, vel alii, liber Evangelii dabitur osculandus semper majori seu digniori omnium, vel si essent plures æquales

æquales, nulli (nisi Episcopus loci aliter ordinaret) Pax vero primo digniori, deinde aliis juxta ordinem. Ad Offertorium Episcopus non benedicet aquam, nec in fine dabit benedictionem, sed Celebrans, qui antequam in fine Missæ benedicat, faciet Episcopo profundam reverentiam, ut statim infra. Si Capellanus non adsit, Minister Missæ nec librum nec pacis instrumentum defert, nisi Episcopus aliter ordinaverit.

De Ritu Celebr. tit. 12. n. 3. Celebrans dicto: *Placeat tibi sancta Trinitas, &c. dicit, Benedicat vos omnipotens Deus, & convertens se ad summum Pontificem genuflexus, ad Cardinalem verò & Legatum vel alium ex supradictis Prælati, capite inclinato, quasi licentiam benedicendi petens, prosequitur: Pater & Filius † & Spiritus sanctus, benedicens astantes à parte, ubi non adest Pontifex, Cardinalis, Legatus aut Prælati prædicti. Si autem celebravit coram Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo, extra eorum Provinciam, Civitatem vel Diocesim constitutis, eis absque respectu ut ceteris qui intersunt, more consueto benedicat.*

In aliis accessibus ad Divina, vel ipse Guardianus vel ex dignioribus Sacerdotibus superpelliceo & stola indutus ad portam Convenus vel Ecclesiæ prævia profunda reverentia præbet aspersorium, totaque Communitas, vel major pars ipsum reverenter excipiat lateraliter se sistendo in ordine & ad genuflexorium deducat.



QUALE

QUALE KYRIE PER ANNUM
CANTATUR.

KYrie duplex Maj. canatur in 2pl. fest. 1. & 2. class.
Kyr. dup. Min. in duplicibus Maj. & Min.
Kyr. semid. Maj. in semid. habentibus propr. antiph. ad
Laudes, & infra octavas nisi occurrat duplex.

Kyr. semid. Min. in semid.

Kyr. Dominicale in Dominicis si de iis sit Officium.

Kyr. Solemne in festis SS. Trium Ord. dupl. maj. min.
semidupl. & infra octav. eorundem nisi occurrat
dupl.

Kyrie de Domina in omnibus festis ejusdem, infra
Octav. etiamsi aliud festum occurrat. à festo S. Ste-
phani inclusivè usque ad Festum Epiph. exclusivè.
In festo Corporis Christi & infra Octav. etiamsi
festum occurrat. item diebus jovis si fiat de Vene-
rab. Sanctus & Agnus ; semidup. maj. nisi digni-
tas festi aliud requirat.

Kyrie Pasch. in Dominica Lætare, toto temp. Pasch.
(exceptis diebus quibus cantandum Kyrie, Ang.)
Sanctus & Agn. semiduplex maj. nisi occurrat di-
gnius.

Kyrie Ang. in festis SS. Trium Ord. primæ & secundæ
class. in fest. Ss. Ang. Agnetis, Coecil. & Cath. in 1.

Missa Nativit. Domini, in renovat. stud. & in fine.
in votivo Sacro solemni de Spiritu Sancto & SSma
Trinit.

Kyr. Ant. in fest. S. Ant. per octav. nisi duplex occurrat.
diebus martis licet aliud 2pl. occurrat. quando in
mense fit. de S. Ant. erit kyrie solemne.

In Miss. vot. Capitul. 1. Ang. 2. dupl. maj. 3. de B. Virg.
4. Anton

FINIS.



INDEX
class. in fest. S. Ag. Agnes, Cecil. & Cath. in r
primæ & secundæ
T. Trium Ord. in festis S. Trinitatis & secundæ
g. in festis S. Trinitatis & secundæ
g. in festis S. Trinitatis & secundæ
g. in festis S. Trinitatis & secundæ

INDEX TITULORUM,

De quibus in hoc Cereemoniali agitur juxta ordinem quo habentur in rubricis

Partis primæ.

Titulus I. De duplici.	Pag. 1
Titulus III. De Feria & Vigiliis.	2
Titulus IV. De Missis votivis.	3
Titulus V. De Missis Defunctorum.	5
Titulus VI. De Translatione Fectorum.	7
Titulus VII. De Commemorationibus.	Ibid.
Titulus VIII. De Introitu, Kyrieleison & Gloria.	9
Titulus IX. De Orationibus.	10
Titulus X. De Epistola, Graduali, Alleluja, Tractu ac Evang.	11
Titulus XI. De Symbolo.	Ibid.
Titulus XII. De Offertorio, Secretis, Præfationibus & Canone.	12
Titulus XIII. De Communionem... & Evangelio S. Joannis.	13
Titulus XVI. De his quæ clara voce aut secrete dicenda in Missa.	14
Titulus XVII. De ordine genuflectendi, sedendi & standi in Missa privata & solemni.	15
Titulus XVIII. De coloribus Paramentorum.	18
Titulus XIX. De qualitate Paramentorum.	19
Titulus XX. De præparatione altaris & Ornamentorum ejus.	20

INDEX
Partis secundæ.

De Missa privata.

Titulus I. De præparatione Sacerdotis celebraturi.	Pag. 22
Titulus II. De ingressu Sacerdotis ad altare.	23
Titulus III. De principio Missæ & Confessione faciendâ.	26
Titulus IV. De Introitu, Kyrieleison & Gloria.	27
Titulus V. De Oratione.	29
Titulus VI. De Epistola, Graduali & aliis usq; ad Offertorium.	30
Titulus VII. De Offertorio usque ad Canonem.	31
Titulus VIII. De Canone Missæ usque ad Consecrationem.	34
Titulus IX. De Canone post Consecrationem usque ad Oratio- nem Dominicam.	37
Titulus X. De Oratione Dominica usque ad factam Commu- nionem.	38
Titulus XII. De Benedictione in fine Missæ & Evangelio S. Jo- annis.	41
Titulus XIII. De his quæ omittuntur in Missa pro defunctis.	42
Appendix, De Officio Ministri in Missa privata.	43

Index Partis secundæ

De Missa solemni.

Titulus I. De præparatione Sacerdotis celebraturi.	46
Titulus II. De ingressu Sacerdotis ad altare.	47
Titulus III. De principio Missæ.	49
Titulus IV. De Introitu, Kyrieleison & Gloria in Excelsis.	50
Titulus V. De Oratione.	54
Titulus VI. De Epistola, Graduali, & aliis usque ad Offerto- rium.	Ibid.
Titulus VII. De Offertorio & aliis usque ad Canonem.	58

titulus

INDEX.

Titulus VIII. De Canone Missæ usque ad Consecrationem.	62
Titulus IX. De Canone post Consecrationem usque ad Orationem Dominicam.	63
Titulus X. De Oratione Dominica & aliis usque ad factam Communionem.	64
Appendix, De Communionem Fratrum sub Missa solemni.	66
Titulus XI. De Communionem & Orationibus post Communionem dicendis.	69
Titulus XII. De Benedictionem in fine Missæ & Evangelio S. Joannis	70
Titulus XIII. De his quæ omittuntur in Missis pro Defunctis & absolutionem.	71

INDEX

Partis tertiæ.

De Rubricis propriis Missalis.

Titulus I. De Natali Domini.	76
Titulus II. De Feria 4ta Cinerum.	77
Titulus III. De Dominica Passionis & Palmarum.	78
Titulus IV. De Feria 5ta in Cœna Domini.	80
Titulus V. De Feria 6ta in Parasceve.	85
Appendix 1ma. De Expositionem Venerabilis Sacramenti.	91
Appendix 2da. De solemni Missa in Altari in quo est expositum Venerabile Sacramentum.	95
Titulus VI. De Missa & aliis in Sabbatho Sancto.	97
Titulus VII. De Festo purificationis B. M. Virginis.	101
Titulus VIII. De Comuni & Missis votivis in fine Missalis.	102
Tit. IX. De Litaniis majoribus & minoribus.	103

INDEX

Partis quartæ.

De diversis Officiis : de Horis solemnibus et minus solemnibus aliisque Domesticis Consuetudinibus.

Titulus I. De Tabula Hebdomadaria.	104
Titulus II. De Hebdomadario & Officiatore.	112
Titulus III. De Assistentia in Missa solemnibus.	114
Titulus IV. De officio Cantorum.	117
Titulus V. De Versiculariis.	119
Titulus VI. De officio Acolythi.	123
Titulus VII. Quibus diebus Horæ solemniter cantandæ, & qualia pro singulis festivitatis exponenda sint Paramenta.	126
Titulus VIII. De genuflexione.	128
Titulus IX. De inclinationibus.	132
Titulus X. De modo standi.	135
Titulus XI. De modo sedendi.	137
Titulus XII. De discooperiendo & cooperiendo capite.	138
Titulus XIII. De Clamydum depositione.	139
Titulus XIV. De signo crucis formando.	140
Titulus XV. De usu Campanarum.	141
Titulus XVI. De psalmodia & Organo.	147
Titulus XVII. De modo se habendi tempore prandij, coenæ & collationis.	150
Titulus XVIII. De lectione mensali.	154
Titulus XIX. De quibusdam domesticis consuetudinibus.	157
Titulus XX. Formulæ Dimissorialium pro ordinandis & approbandis.	162
Titulus XXI. De consuetudinibus certis anni temporibus observandis.	164
Titulus XXII. De loco & ordine Patrum ac Fratrum in choro.	167
	Index.

I N D E X.
Partis quintæ.

*De usu et administratione Sacramentorum et
quibusdam aliis.*

titulus I. De Communionem Fratrum nostrorum per modum viatici.	169
titulus II. De Extrema Unctione.	173
titulus III. De assistentia Moribundi.	180
titulus IV. De vestitione Fratrum.	199
titulus V. De Professione Fratrum.	205
titulus VI. De modo induendi Infantem habitu Ordinis.	207
titulus VII. De modo exuendi Infantem.	209
titulus VIII. De modo recipiendi Tertiarias in claustris viventes.	210
titulus IX. De earumdem Professione.	215
titulus X. De Vestitione tertiariarum in sæculo viventium.	218
titulus XI. De earum Professione.	226
titulus XII. De modo recipiendi ad Confraternitatem Chordæ.	231
titulus XIII. De modo celebrandi Jubilæum.	232
titulus XIV. De Capitulo Culparum.	239
titulus XV. De generali Absolutione.	245
titulus XVI. De Oratione mentali.	246
titulus XVII. De Disciplina.	247
titulus XVIII. De Processionibus.	249

Index Partis sextæ.


De variis Benedictionibus et Absolutionibus.


titulus I. De benedictione & asperzione aquæ benedictæ in die dominico.	251
titulus II. De variis Benedictionibus.	253
P P	titu-


INDEX.


titulus III. de benedictione Agni Paschalis in festo Paschatis.	278
titulus IV. Forma absolutionis ab hæresi.	279
titulus V. Forma absolutionis sacramentalis Hæretici.	285
Titulus VI. Forma absolutionis sacramentalis Apostatæ à fide.	286
Titulus VII. Forma absolutionis Religiosi Apostatæ extra Sa- cramentum.	287
Appendix de excipiendo Episcopo ad Ecclesiam nostram, & iis quæ sub Divino Officio servanda vel facienda sunt.	288











Th


6235

S. HENRICUS IMPERATOR. 14. Iulij

Contemptus terrenorum.

Summa sapientia est, per contem-
ptum mundi tendere ad regna coele-
stia. THOM. de KEMP.

O. p. conversione hereticorum, &



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN